bať:ſicut generatio quedam ⁊c̄. dico ꝙ ens ſimpliciter
pōt dicere duo.Uno mō nō ens vlr̄:⁊ ſic nō tenet ſimili
tudo:qꝛ nō ens qḋdā pōt habere potētiā ad ens qḋdā:
ſed non ens vlr̄ nullā potentiā pōt hēre. Alio mō non
ens ſimplr̄ pōt intelligi nō ens p̄ncipalr̄.ſ.non ens actu:
⁊ hoc mō bn̄ generať ex non ente ſimpliciter.i.ex nō en
T.cō.ii. te actu:ente tamen potentia:⁊ ſic ſoluit Ariſto.in p̄io
de generatione.quare non valet.

¶ Manifeſtum igitur ꝙ ſi quidem cauſe ſunt ⁊ principia eorum que natura ſunt ex quibus primis ſunt ⁊ fuit nō ſm accidens ⁊c̄. Textu com.

LXV Queſtio. XXIII.

Ueritur hic vtrū p̄uatio ſit p̄ncipium reꝝ
nāliū.Et hꝫ etiā hec queſtio locum in ca°.
p̄cedente.Si igiť nos dicamus .ſed magis
ꝓprie hic vt puto. ¶ Arguitur p̄° ꝙ nō:qꝛ
illḋ qḋ eſt per ſe nō ens non eſt principium
entis:cuꝫ cauſa rei ſit dignior cauſato.ſed ipſa p̄uatio ē
per ſe nō ens ſꝫ Ariſto.in littera.q̄re ⁊c̄. ¶ Iteꝫ 2° ipſa
nō eſt p̄ncipiū vt cauſa materialis: quia mā̄ recipit p̄n-
cipiū vt formaꝫ facti.⁊ p̄uatio nō recipit p̄ncipiū vt for
mam facti:cū ipſa opponať ei ⁊ vnuꝫ oppoſitoꝝ nō re
cipit alteruꝫ :nec eſt cauſa formalis ipſius rei nālis:qꝛ
ipſa p̄uatio nō dat eſſe ipſi rei nāli.nec eſt cā agēs:qꝛ oē
T.c.i8. agēs ē mouēs.p̄uatio aūt nō ē mouēs.ſemꝑ.n.exiſtima
biť ſpēs aliq̄ mouēs.3.h⁹.nec etiā eſt cā finalis rei natu
ralis:quia finis ⁊ bonum ſunt ideꝫ.tertio ethicoꝝ:pri-
uatio aūt nō eſt bonū q̇d.imo imaginať ad maleficiū:ḡ
nullo mō eſt cā rei nālis nec per ꝯn̄s p̄ncipiū vt videť.

¶ Itē.3.magis videť ꝙ potētia māe ſit p̄n^m reꝝ nāliuꝫ
q̄ p̄uatio.ipſa enim potētia māe eſt per ſe ens ⁊ p̄cedit
generatū ⁊ neceſſario req̇riť ad fieri rei naturalis: p̄ua
tio aūt ē per ſe nō ens.⁊ tn̄ ipſa potētia nō ponitur ab
Ariſto.eſſe vnū p̄ncipiū rerūm nāliū.q̄re ⁊c̄. ¶ Item
4.ſi p̄uatio eſſet p̄ncipium rerum nāliū:aut eſſet p̄nci-
pium per ſe:aut per accidēs.hec diuiſio ſufficiens eſt .ſꝫ
nō eſt p̄ncipium per ſe vt omnes concedunt: qꝛ ipſa eſt
per ſe nō ens:nec per accidens.ꝓbatio:quia per accn̄s
cōtingit non eſſe vt pꝫ.io.metaphy.⁊.8.hui⁹.⁊ p̄mo po T.c.26.
ſteriorūꝫ:ſed ipſam p̄uatiōeꝫ nō ꝯtingit nō eſſe p̄ncipiū T.cō.36
ipſius fieri dū eſt ipſuꝫ fieri vt manifeſtū eſt cuilibet in-
telligēti.q̄re ⁊c̄. ¶ Iteꝫ.5.illud qḋ nō ē p̄ncipiū cogno
ſcendi nō eſt p̄ncipiū eſſendi v̇t pꝫ ex.2. metaphy.ſed p̄ T.cō.4.
uatio non eſt principium cognoſcendi :cum ſit poſteri⁹
nota:vt omnes concedunt.

Oppoſitum arguiť auctoritate Ariſto.i lr̄a
⁊ cōmētatoris.⁊ rōnib⁹.qꝛ p̄n-
cipia ſubſtātiarū nāliū debēt eſſe ꝯtraria vt p̄us oſtēſuꝫ
fuit:⁊ in hoc ꝯcordauerūt oēs antiq̇ ipſa v̇itate coacti.
ſed nō poſſunt eſſe cōtraria niſi cōtrarietate p̄uatōis ⁊
habitus vt dictuꝫ eſt p̄us.q̄re ⁊c̄. ¶ Item ſi ex homine
īmuſico fiet muſicus:aut fieri muſicū attribueť homini
īmuſico ſm ꝙ hō:aut ſm ꝙ īmuſicus: ſi ſm ꝙ homo h̄
nō ſtat:qꝛ tūc oīs hō fieret muſic⁹ qḋ eſt falſuꝫ:ſi ſꝫ ꝙ ē
īmuſic⁹:tūc cū īmuſicū ſit p̄uatio muſici: ipſuꝫ fieri attri
bueť p̄uationi:⁊ ſic priuatio eſt p̄ncipiū rei nālis.

Ad queſtionē eſt itelligendū ꝙ ſicut cōmu
niter dr̄. ⁊ bn̄ res nāles poſ
ſunt accipi dupliciter.Uno mō quātū ad fieri.Alio mō
quātū ad factū eſſe:⁊ propter illos in quibus philoſo-
phia oritur de nouo dico ꝙ per fieri rei naturalis eſt ī-
telligendus motus precedens ipſam rem naturalem ⁊
tendens ad ipſaꝫ formā extrahendaꝫ de potentia ſub-
iecti.Uerbi gratia.cum ignis ex combuſtibilibus gene-
rat ignem precedit quedā alteratio in ipſis lignis.ſ.qua
calefiunt:⁊ ſic cauſatur ⁊ diſponiť ⁊ p̄parať mā̄ lignorū
ad formaꝫ ignis recipiendā:tandeꝫ aūt mā̄ ſufficienter
diſpoſita.ſ.calefacta ⁊ exiccata ignis generās educit for
mam ignis de mā̄ lignoꝝ:in qua p̄exiſtebat nō actu ſed
potentia.talis igiť motus ſeu tranſmutatio p̄cedens eē
rei nālis intēdens ad ipſam formaꝫ diciť fieri rei nālis.
Sed factū eſſe eſt ipꝫ eē rei nālis:qḋ termiat hmōi mo
tū:vel q̊ adueniēte vel habito ceſſat mot⁹ ⁊ nō ampli⁹
fit res. ¶ Sed eſt iam vlterius cōſiderandū ꝙ p̄ncipiū
⁊ cauſa diciť dupliciter.Uno mō diciť cauſa ꝑ ſe. Alio
mō cauſa per accn̄s quantū ſpectat ad propoſitum. Et
iterū cauſa per accidens poteſt itelligi dupliciter. Uno
mō pure ⁊ oino per accidens ꝓut per accidens oino di
ſtinguiť cōtra per ſe.Alio modo diciť per accidens ſm
ꝙ per accidens diſtinguiť ꝯtra p̄mo ⁊ p̄ncipalr. ¶ Itē
cōſiderandum ꝙ licet p̄ncipium dicať multipliciter vt
pꝫ i.5.metaphy.caplo.de p̄ncipio.tn̄ nō eſt multū rōna T.cō.i.
bile iſtam queſtionē intelligi niſi de p̄ncipio qḋ eſt cau-
ſa:nō enim eſt ſatis ꝯueniens querere an ipſa p̄uatio ſit
p̄ncipium reꝝ nāliū capiēdo p̄ncipiū ꝓut eſt p̄ncipium
magnitudinis:qḋ eſt p̄mū ſignificatū p̄ncipij poſitū ibi-
dē. Cōſtat eni ꝙ ipſa p̄uatio nō ſic ē p̄ncipiū reꝝ nāliū.
Nā hmōi p̄ncipiū magnitudis ē pūct⁹ aut p̄ria ꝑs ma-
gnitudinis.Et māifeſtū eſt ipaꝫ p̄uationeꝫ forme nālis
nō eſſe pūctū neqꝫ primā partē magnitudinis.imo ma-
gis reduciť ad primū moduꝫ p̄ncipij.quia illud dicitur
p̄ncipiū p̄mo mō vn̄ aliq̇d p̄mo moueť ad aliquē termi
num ſibi oppoſitum.vt pꝫ cum dicit.ex oppoſito autem
alterum.in.5.metaphy. Nec eſt dicendum ꝙ reducitur T.cō.i.

ad ſecundum modum p̄ncipij.quia p̄ncipium.2.modo
eſt illud a quo pluribꝰ datis principijs facilius aliquid
poteſt fieri:ſicut ſignificat Ariſto.vt in docēdo debemꝰ
incipere a facilioribus ipſi diſciplinando licet poſſe fie-
ri hoc icipiendo a difficilioribꝰ.ſed nō ita bene:mō fie-
ri rei nālis nō pōt habere p̄ncipiū a quo ſicut terminus
niſi ſuum oppoſitū qđ eſt p̄uatio. ¶ Item pricipiuȝ iſto
2.mō dȝ eē aliqđ poſitiui:ſic pricipia doctrine ſunt ipſa
magis nota nobis:vt expoſitores cōcordāt.⁊ alit̄ igno
rantia eēt optimū pricipiū doctrine qđ nullus diceret.
qꝛ tunc doctor prio deberet ducere ignorantiam in ipo
diſcipulo. Reliquitur ergo vt videt̄ ꝙ ad primum mo-
dum reducat̄:poteſt tñ ipſa p̄uatio inquātū ē terminus
a quo ipſius fieri reduci aliq̊ mō ad ſecūdū ſignificatum
pricipij qđ eſt illud:vñ vnūqđqȝ fiet optime. Nā ab ipa
p̄uatiōe aliq̊ mō optie fieri icipit rei nālis vt a termino
a quo:licet nō ſit illud vñ icipit vt ab agente. ¶ Itē nō
queritur a p̄uatio ſit p̄ncipium rerū nālium accipiendo
ipſum pricipiū ꝓ pria pte quātitatiua inexiſtēte ex qua
aliqđ fit:vt p̊ͣ ps nauis eſt ſedile:qꝛ certū eſt ꝙ ipſa pri
uatio nō eſt pria pars q̄titatiua rei nālis ex q̄ inexiſtēte
fiet res nālis. ¶ Ampliꝰ nō eſt rōnabile querere an ipa
p̄uatio ſit pricipiū rei nālis accipiēdo pricipiū reꝝ nāliū
ꝓ ſuppoſitōe vl' ꝓpoſitiōe ꝑ ſe nota:qđ eſt aliud ſignifi-
catū pricipij ibi poſitū.notū eni eſt ꝙ hoc nō eſt veruȝ.
Vñ oībus his ſignificatis p̄termiſſis remanet ſignifica-
tum pricipij:qđ eſt cauſa:⁊ de iſto queritur. Sed ⁊ cau-
ſa multipliciter dicit̄. Uno mō dicit̄ cauſa mā. Alio mō
forma. Alio mō efficiens vel agens. Alio modo finis.
T.c.28. vt pȝ in.2.huiꝰ. Modo nō ē multū dubiū:vtrū p̄uatio
⁊.29. ſit pricipiuȝ rerū nāliū ſicut cauſa finalis. Certum enim
eſt ꝙ nō:cū per eē ipſius vel gratia ipſius p̄uatiōis res
nāles nec habent eſſe nec fieri nec opari. Nec ē dubium
an ſit cauſa efficiens.māifeſtū eni eſt ꝙ non:cū efficiens
agat per formā ſuam in ipſaȝ formā generati:p̄uatio āt
nō ꝓducit formaȝ cui opponit̄ vt euidens eſt. Nec eſt
dubiū an priuatio ſit principiū:qđ eſt ſicut cauſa forma
lis rei naturalis:qꝛ planū eſt ipſaȝ nō dare eē rei natu-
rali cuiꝰ eſt priuatio. Relinquitur g̊ queſtio an priuatio
ſit pricipiū rei naturalis ſicut ſubiectū vel ſicut mā ⁊ h̕
aliqualiter videt̄ dubiū. Deinde premitto ꝙ dupliciter
aliqđ eſt ſubiectum aut principiū ſubiectiuum reſpectu
alicuiꝰ recepti. Uno modo ꝑ ſe ⁊ pricipaliter vt ſubſtan
tia reſpectu accidentiū. Alio° diſpoſitiue vt ſupficies re
ſpectu coloris dr̄ ſubm̄.ſilr aūt ⁊ in alijs ſimilibꝰ mltis.

**Tunc dico** ad queſtionē quatuor. Prio dico
ꝙ priuatio nō pōt eē pricipiū rei
naturalis ꝓprie q̄tū ad factū eē.2.dico ꝙ ipſa non pōt
eē principiū rei nālis q̄tum ad fieri pure per accidens:
ita ꝙ nullo mō per ſe.3.dico ꝙ ipſa nō eſt per ſe pricipi-
um ſubiectiuū principale reſpectu ipſius fieri.4.dico ꝙ
eſt per ſe priᵐ tanq̄ ſubiectiuū diſpoſitum vl' diſpoſitio
ſubiecti. ¶ Primū ſic pȝ:qꝛ illud qđ nō remanet re fcā
nō eſt pricipium intrinſecū ipſius rei quantū ad factum
eſſe:hec eſt manifeſta.quia principiū itrinſecum vult re
manere in ipſo eē rei cuiꝰ eſt pricipiū intrinſecū: ſed ipſa
priuatio que p̄ceſſit formaȝ in mā:nō remanet in re fa-
cta.imo deficit adueniente forma vt notum eſt cuilibet
intelligēti q̄re ⁊c̄.verū tñ eſt ꝙ ſemp in mā cū ipſa ē ſub
aliq̄ forma:eſt priuatio alteriꝰ forme oppoſite:ſȝ nō ꝓ-
pter hoc ē dōm ꝙ priuatio ſit ꝑ ſe principiū intrinſecum
rei facte.qꝛ nō eſt aliq̄ pars ipſiꝰ rei.ſ.nec mā nec forma
nec eſt prior ipo eē rei facte:imo poſterior oīno:ꝯſequit̄
enim formaȝ illā alijs oppoſitā. ¶ Scđȝ d̊clarat̄:quia
ſicut dicebatur prius in queſtiōe de diuiſibilitate ſubſtā-
tie mālis:nullum ens pure per accidens cōueniēs alicui
ineſt ei neceſſario.⁊ hoc declaratuȝ fuit auctoritatibus
Ariſto.in.10.metaphy.⁊ in.8.huius.⁊ prio poſteriorū T.c.26.
⁊ in.5.metaphy. caplo de eodē. ⁊ capitulo d̊ acciden- T.c.36.
te.ſed ipſa priuatio p̄cedens formaȝ in mā neceſſario ē T.c.35.
principiū rei nālis q̄tū ad fieri:vt oēs cōcedūt ⁊ capit̄
ab Ariſto.⁊ cōmentatore:g̊ ipſa nō p̄t ēe hmōi p̄ncipi-
um per accidens oīno:ita ꝙ nullo mō per ſe.
¶ Sed circa hoc querūt̄ duo. Primo querit̄.q̄re. Ariſ.
dixit ipſaȝ eſſe p̄ncipiū per accidens.magis q̄ per ſe:cū
ipſa aliquo mō ſit p̄ncipiū per ſe. ¶ 2°.querit̄ i quo mō
per ſe ipſa priuatio ſit principiū ipſiꝰ fieri rei naturalis.
Ad primū poſſet dici ꝙ Ariſto.ꝓ tanto dixit eam eſſe
principiuȝ per accidens quia voluit oſtendere diuerſita
tem eius a mā ſiue ſubiecto:eo ꝙ in hoc viſus fuit pla-
to errare:qꝛ materiā ⁊ p̄uationē non diſtinxit:vt habe
tur in littera.magis autē pȝ diuerſitas māe a priuatiōe
ponendo eam eſſe pricipiū per accidēs q̄ pricipiū per
ſe:eo ꝙ ipſa mā nullatenus ē pricipiū ſȝ accidens:ſed
ſolum per ſe. ¶ Ad ſcđm videbit̄ circa quartam ꝯclu-
ſionem. ¶ Tertiuȝ oſtendit̄ qꝛ illud qđ eſt pricipale ⁊
per ſe p̄nᵐ ſubm̄ ipſius fieri eſt ipſa p̄ma mā:ſicut pȝ per
phm in littera. Dico aūt primū ſubiectum ex quo fit ali
quid p̄mū cū inſit:ſȝ ipſa priuatio non ē idem eſſentialr
cū pria mā:vt oēs ꝯcedunt:⁊ probat Ariſto.in littera.
¶ Item ꝑ ſe ⁊ principale ſubiectum fieri eſt in potentia
ad terminū ad quē:⁊ iformabile termino ad quē ordi-
nat̄ fieri:ſicut eſt videre in artificialibus. Naȝ ſubiectuȝ
fieri domus.ſ.lapides lateres ⁊ ligna eſt iformabile for
ma domus:⁊ prius eſt in potētia ad eaȝ:ſimiliter auteȝ
⁊ in alijs:ſed priuatio p̄cedens formā in mā non ē i po
tentia receptiua ad terminū ipſiꝰ fieri nec informabilis
ipſo. Unū.n.oppoſitorū nō ē receptiuū alteriꝰ:nec ifor
mabile ab altero:imo eſt deſtructiuū aut d̊ſtructio ipſi-
us.quare. ¶ Iteȝ primū ⁊ per ſe ſubiectum ipſius fieri
ſubicitur ipſi forme fieri terminato:hoc ē euidēs de ſe.
Sȝ priuatio nō ſubicit̄ ipſi forme fieri terminato:imo
amouet̄ priuatio q̄ i fieri p̄cedebat vt notū ē. ¶ Quar
tū declarat̄.illud qđ p̄cedit ipm fieri rei naturalis:⁊ eſt
neceſſario ꝯiunctum pricipali ⁊ per ſe principio ſubie-
ctiuo ipſius fieri ē principiū diſpoſitiuū ipſius fieri.hec
recipit̄ pro manifeſta ab oībus itelligentibꝰ:ſȝ ipſa p̄ua
tio ē hmōi.nā anteq̄ mā ſubiciat̄ alicui fieri alicuiꝰ rei
nālis:opȝ ipſā carere ⁊ priuatā eſſe omni forma tali vt
dictum fuit prius.⁊ q̄ diu mā trāſmutat̄ ad formam fa-
cti:nec̄io habet priuationē annexaȝ:ſi enim hēret illaȝ
formā non ampliꝰ moueret̄ ad eam:vñ dicit Ariſto.in T.c.55.
prio de generatione:ꝙ hītibꝰ p̄ſentibꝰ i mā nō amplius
generat̄ aliqđ:ſed iam eſt.quare ⁊c̄. Cum igit̄ priuatio
ſit neceſſario pricipiū diſpoſitiuū q̄tum ad fieri ⁊ non
ē pure per accidens:relinquit̄ ꝙ per ſe.pȝ ergo 4ᵐ.ſ.ꝙ
p̄uatio ē ꝑ ſe principiū ſubm diſpoſitiuū q̄tū ad fieri.
¶ Sȝ dubitabis hic.p̊° i quo mō p̄dicatoꝝ per ſe ſit iſta
ꝓpoſitio:priuatio eſt principiū diſpoſitiuū ad ipm fieri.
¶ 2°.qꝛ ſȝ hec ipſa priuatio deberet poni in diffinitiōe
ipſius fieri:qđ nō videt̄ eē veꝝ. ¶ Ad p̊ᵐ poſſet dici ꝙ
hoc eſt in 2° mō p̄dicatoꝝ per ſe. Nā eſſe pricipiū diſpo
ſitiuū ipſius fieri eſt quoddā per ſe accidēs priuationis:
queadmodū dicimꝰ riſibilitas hoīs. Item aliquis dice-
ret ꝙ eſt in primo mō per ſe:nam eſſe p̄ncipium fieri eſt
cauſa finalis ꝓpinqua ipſiꝰ priuatiōis p̄exiſtētis in mā.
¶ Ad hoc enim videt̄ ordinari priuatio i mā: ⁊ huius
gratia eſſe vt ſit aliquo mō principiū rei naturalis q̄tū
ad fieri:modo omnis talis ꝓpoſitio eſt in primo modo
dicendi per ſe:in qua cauſa predicat̄ d̊ cauſato in recto

vel in obliquo. vt dicit lincoñ. ſuper primo poſterioꝝ.
¶ Ad aliud dicũt aliq̃ ⁊ ꝓbabiliter vt mihi vr̃ ꝙ ipſa
priuatio includit in diffinitiõe ipſius fieri. Nam fieri eſt
motus ꝑcedens formam in mã ⁊ tendens ad ipſam for
mã. motus aũt eſt actus entis in potẽtia. ſ. ad terminuꝫ
motus. potẽtia aũt ad terminũ motus que eſt diffinitio
ipſius motus eſt carẽtia forme cũ aptitudine ad eam: ⁊
hmõi carẽtia ẽ ipſa priuatio: ⁊ ſic in diffinitõe motꝰ iclu
dit priuatio: vt pꝫ reſoluẽti ptẽ diffinitionis: ⁊ per ꝯñs
in diffinitiõe ipſius fieri qͦd realiter eſt idẽ cũ illo motu:
nõ enim ſolum illud dicit poni in diffinitõe qͦd in ea ex-
primit nomie ꝓprio. ſed qͦd in ea implicat. ⁊ ponit ĩ dif
finitiõe alicuius diffinientiũ vt dicũt logici. Sed dices.
ſi in diffinitiõe motus ⁊ fieri ponit priuatio cũ motꝰ ſit
idẽ eẽntialiter cũ termino ad quẽ: ſequit: ꝙ priuatio po
nat ĩ diffinitiõe termini ad quẽ. ſ. forme ad quã ordinat
fieri: ⁊ hoc eſt falſum. Poteſt dici ꝙ motꝰ ꝓ forma flu-
ente bene eſt idẽ aliq̃liter cũ termino ad quẽ vadit fieri
tñ ab eo differt ſicut iperfectuꝫ a perfecto ⁊ diminutũ a
cõpleto. ⁊ ideo nõ ſequit ꝙ illud idem qͦd ponit in diffi
nitione motus ſit etiã in diffinitione termini ad quem.
Aliter põt dici ꝙ priuatio eſt ĩ diffinitione motꝰ capien
do motũ ꝓ fluxu forme: ⁊ iſto modo nõ eſt idẽ eſſentia
liter cũ termio ad quẽ vt in. 2°. huiꝰ oñdet. Vel poſſumꝰ
dicere breuius ꝙ ipꝫ fieri nihil aliud ẽ niſi trãſmutatio
ſubiecti ꝑuati aliqua forᵃ ad illã formã: ⁊ h diffõ hẽtur
plene ex itentõe Ariſ. ⁊ ꝯmẽtatoris. Aliter diceret ali-
quis ad priorẽ dubitationem ꝙ licet priuatio per ſe ſit
principiũ ipſius fieri tanꝙ̃ ſubiectũ diſpoſitiuũ: quia tñ
nõ eſt per ſe principale pricipiũ eius: iõ nõ opꝫ ꝙ ponat
ĩ diffõne ipſiꝰ motus aut fieri. Sed hoc nõ ẽ tutũ: qꝛ ſilr
poᵃ nõ ẽ pricipale ſubm motꝰ: ⁊ tñ ponit ĩ diffõne eiꝰ: ⁊
ſic pꝫ ad queſtionẽ. ¶ Eſt aũt diligenter ꝯſiderandum
ꝙ iſta q̃ſtio ſolet moueri ſub alia forma ſic. vtꝝ ex pri-
uatiõe fiat aliq̃d per ſe. Et adhuc alio mõ. vtꝝ fieri mu
ſice per ſe attribuendũ ſit immuſice ꝑcedenti. Et pͥmus
q̃dẽ modus per q̃rendi tunc vult habere talẽ diſtinctio
nem: ꝙ ly ex. poteſt dicere circũſtantiã cauſe mãlis. vel
põt dicere circũſtantiã ordinis: vt ſit ſenſus ex priuatio
ne aliq̃d fieri. i. poſt ꝑuationẽ. Et ſi itelligit pͥmo mõ pꝫ
q̃d ſit reſpondẽdũ. ſic enim qͦd fit: fit ex priuatiõe per ſe
tanꝙ̃ ex cauſa mãli diſpoſitiua: nõ aũt pricipali. Si aũt
itelligat 2° modo ſic poteſt bene dici ꝙ ex priuatione ꝑ
ſe fit aliq̃d. i. poſt eam: naꝫ ex eo qͦd eſt terminus ex quo
ipſius fieri. poteſt dici aliquid fieri ex priuatiõe tali mo
do. i. poſt illud. Sed ipſa priuatio eſt terminus a q̊ ipſiꝰ
fieri vt cõcedit cũ ab ipſa incipiat ipſuꝫ fieri. quare ⁊c̃.
¶ Si aũt querit ſm aliũ moduꝫ ſic põt dici ſm diſtin-
ctiõeꝫ ſupra poſitã. ſ. ꝙ fieri muſice attribuit imuſice nõ
tanꝙ̃ pricipali ſubiecto: ſed tanꝙ̃ diſpoſitiuo. Et ſic pꝫ
ꝟitas iſtius queſtionis: q̃ in multis ⁊ diuerſis q̃ternis in
uenit multũ diminute ⁊ trũcate tradita.

Ad priores rõẽs. Ad primã dicit ꝙ nõ ens
nõ ẽ pricipiũ entis ꝑ ſe ſꝫ ꝑ acci
dẽs bene: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. qͦd ſi intelligit eſt per acci-
dens oĩno ſic ꝙ nullo mõ per ſe: dico ꝙ hoc eſt falſum ⁊
ipoſſibile: nullum. n. neceſſariuꝫ nãliter ⁊ oĩno eſt oĩno
per accidens: vt euidenter oſtenſuꝫ fuit ꝑus. ſimiliter in
qͦne de generatiõe forme ⁊ alias reſumetur: ſꝫ ſi intelli
gitur per accidens ſm ꝙ diſtinguit ꝯ̃ primũ ⁊ pricipali
ter: ſic eſt veꝝ. tũc dõꝫ q̊ ꝙ nõ ens nõ eſt ꝑncipale prici-
piũ per ſe entis: tñ aliqͦ nõ ens põt eſſe ꝑncipiũ diſpoſi
tiuũ ad aliquod ens ꝑciſe ad ens diminutũ ⁊ iperfectũ
ſicut eſt ipſum fieri: ſicut nõ ſubſtãtia vel accidẽs nõ eſt
ꝑncipale principiũ per ſe ſubſtãtie: tñ poteſt eſſe princi-
piuꝫ diſpoſitiuũ ad ſubſtãtiã per ſe vt oẽs cõcedũt: qua
re ⁊c̃. Aliter dicũt quidã ad primã rõneꝫ ꝙ lꝫ priuatio
nõ ſit ens poſitiuũ extra aĩam. tñ nõ ſequit ꝙ nullo mo-
do ſit ens: qꝛ ens dicit etiam de negationibus ⁊ ꝑuatio
nibus ⁊ corruptionibus entiuꝫ poſitiuoꝝ: vt Ariſto. di
cit in 4° metaphy. ¶ Ad ſecũdã pꝫ ex dictis. ẽ eni pri- T. cõ. 4
uatio pricipiũ in genere cãe mãlis diſpoſitiue: ⁊ hoc eſt
eſſe cãm materialeꝫ quodãmodo poſteriorẽ: ⁊ nõ oĩno
primã. ¶ Ad tertiã põt dici ꝙ potẽtia mãe bene ẽ aliq̊
modo principiũ ipſius fieri. ſed iſtud cõprehendit ĩ mã
ſeu ſubiecto: ⁊ ſimilr dimenſio que eſt neceſſaria ad fie-
ri: ita ꝙ cũ dicit ſubiectũ ſeu mã eſt pricipiũ ipſius fieri ĩ
telligit per hoc totũ cõpoſitũ ex ſubſtantia corporali ⁊
potentia: vnde ⁊ ſubiectũ deſcribit per ens in potentiã.
Sed q̃re Ariſto. nõ diſtinxit inter ſubãm ſubiecti ⁊ po
tentiam ⁊ dimenſionẽ ſicut inter ſubãm ſubiecti ⁊ priua
tionẽ. q̃ratur cauſa huius in qͦne de numero principa-
liũ naturaliũ. ¶ Ad quartã dõm ꝙ priuatio ẽ pricipiũ
aliquo modo per accidens ꝓut per accidens diſtiguit
cõtra principaliter ⁊ prio: nõ tñ ſic ẽ ꝑ accidẽs ꝙ nullo
modo eſt per ſe. Et tu dices. accidẽs contigit non eſſe.
veꝝ eſt accidẽs rariſſimũ ⁊ ideterminatũ qͦd nec ẽ nec
ſemꝑ nec ſm magis: nec vt in pluribꝰ: vt dicit Ariſto. in
5. metaphy. caplo. de accidẽte. Sed accñs neceſſariuꝫ T. c. 35.
⁊ determinatũ nõ ꝯtingit nõ eſſe: ⁊ oẽ tale dico eſſe ali-
quo mõ ſm ſe: qͦ. ſ. diſtinguit ꝯ̃ primũ ſignificatũ acci-
dens: vt plane. docet Ariſto. in. 5. metaphy. T. cõ. 35

Ad rationem in oppoſitũ cũ dicebat ꝙ fie
ri muſicum ⁊c̃. dr̃ cõiter ꝙ
hmõi fieri attribuit ꝑ ſe homini: ſꝫ ipm ꝑ ſe accipit du-
plr̃. Vno mõ ꝓprie ꝓut cadit ĩ ꝓpoſitionibꝰ demõſtra-
tiuis. Alio modo ꝑ ſe. i. non ꝑ aliõ ſubiectũ vt exẽplifi-
cat Ariſto. in prio poſterioꝝ. capitulo de ſtatu in ꝑdi-
catis. ꝙ albũ ꝯuenit homini ꝑ ſe ⁊ non ꝑ aliõ ſubiectuꝫ:
ſic aũt dicitur in ꝓpoſito ꝙ fieri muſice attribuit homi
ni non ꝑ aliõ ſubiectũ. Aliter ꝑt dici ꝙ fieri muſice non
attribuit imuſice tanꝙ̃ ſubiecto ꝑ ſe ⁊ principaliter: nec
ꝓprie attribuit homini ſm ꝙ homo. ſꝫ ſꝫ ꝙ eſt in potẽ
tia ad muſicã. Et tu dices ergo omnis hõ in potẽtia exi
ſtens ad muſicã fieret muſicus: cũ vnus hõ fieret muſi-
cus. Dico ꝙ veꝝ eſt vel ſm actum vel ſm aptitudinẽ:
omnis enim homo exiſtens in potentia ad muſicaꝫ vel
ſit actu muſicus: vel ẽ aptꝰ natus fieri muſicus nec opꝫ
ꝙ omnis homo exiſtens in potentia ad muſicam fiat ac
tu muſicus vno facto muſico: ſicut quãuis homo ſit ꝑn-
cipale ſubiectũ riſus: non tñ oꝫ ꝙ oĩs hõ rideat actu ri
dente vno. Aliter dõꝫ ⁊ meliꝰ ꝙ ſi hõ imuſicꝰ fiat muſi-
cus: hmõi fieri oꝫ attribui huic enti in potentia ad hãc
muſicã ſm ꝙ eſt hoc ens in potentia ad muſicã: ſingulo
enim cauſatoꝝ debẽt aſſignari cauſe ſingulares vt Ari. T. c. 38.
docet in 2° huius. vñ cũ hoc fieri muſicũ ſit q̃dã ſingula
ris effectus: debet ei aſſignari ſingularis cã ſubiectiua:
⁊ ſic nullũ incõueniẽs ꝯſequit. ¶ Ad ſecundam põt di-
ci ꝙ lꝫ priuatio. nõ ſit pricipiũ cognoſcẽdi habitũ cuiꝰ
eſt priuatio: tñ bene põt eſſe pricipium cognoſcendi ali
quẽ aliũ habituꝫ: cuiꝰ ipſa nõ ẽ priuatio: ꝗuis igit priua
tio forme in mã nõ ſit principiũ cognoſcẽdi ipaꝫ formã:
tñ põt eſſe pricipiũ cognoſcẽdi ipſum fieri rei naturalis
ſeu ipſam tranſmutationem ꝑcedentem formam. Nec
eſt incõueniẽs ꝙ priuatio alicuius habitꝰ ſit notior ali-
quo mõ aliquo alio habitu: vt plane docet ꝯmẽtator in
8° huius. caplo. Mouentiũ igit ⁊ coꝝ q̃ mouẽtur: vbi T. c. 27.
oſtendit cauſam. quare Ariſto. deſcribit illud qͦd moue
tur per ſe per illud qͦd mouetur per accidens. Et tu vi-
deas ꝯmentũ ibi: ⁊ alibi ſi vis itelligere recte phiã Ari-

¶ Subiecta quidem eſt natura ſcibilis.eſt ſm
anologiam:ſicut enim ad ſtatuam es:aut ad le-
ctulum lignum aut aliorum aliquod habentiũ
formã in materia ⁊ informe ſe habet priuſq̃ʒ ac
cipiat formam:ſic ipſa ſe ad ſubſtantiam hʒ ⁊c̃.

Tex.com̃. LXIX. Queſtio. XXIIII.

Ueritur hic vtꝝ mã pͣ ſit vna nũero ĩ oĩbꝰ
generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus. ¶ Arguit
primo ꝙ nõ:q2 vnũ numero nõ poteſt eſſe
ſil' in diuerſis numero:q2 tũc poſſet eẽ vnuʒ
numero ⁊ plura numero:⁊ ſic eẽt vnũ ⁊ nõ
vnuʒ:qȯ ẽ ĩpoſſibile:ſed ipſa generabilia ſunt plura nu
mero:vt manifeſtum eſt ad ſenſum.q̃re ⁊c̃. ¶ Item 2° ſi
ſic eẽt:tũc oĩuʒ generabiliũ eẽt vna forma: cũ ĩ vna mã
nõ ſit niſi vna forma nũero vel ſaltẽʒ ſpecifica : ſed ꝯñs
eſt falſuʒ ⁊ ĩpoſſibile:q2 tũc oĩa nãlia generabilia ⁊ cor
ruptibilia eſſent vnius ⁊ eiuſdẽ ſpeciei:qȯ eſt ĩpoſſibile.
¶ Itẽ 3° aut eſſet vna ſm eſſentiã aut ſm eẽ. per ſuffi-
cientẽ diuiſionẽ:ſed non eſt vna ſm eſſentiã:q2 tunc en-
tia non eſſent diuerſa ſm eſſentias cum haberẽt vnam
cõem eſſentiam:nec eſt vna ſʒ eſſe:q2 aliud eſſe hẽt mã
T.c.34 ignis ⁊ aque ⁊ hoĩs ⁊ aſini.q̃re ⁊c̃. ¶ Item.4.ſi ſic tũc
qȯlibet fieret ex quolibet:qȯ eſt falſuʒ:vt pʒ in primo hu
iꝰ:⁊ pʒ ꝯña:q2 illa ſunt adinuicẽ trãſmutabilia:⁊ vnũ
T.c.37. eoꝝ ſit ex altero que ꝯmunicant in vna materia :vt dr̃ ĩ
2° de generatione.quare ⁊c̃.

T.cõ.6. Cõ.14. Oppoſitum arguit auc̃te. Ariſto.hic ⁊ in pͦ
⁊ in.2.de generatiõe:⁊ p ꝯmẽta
torẽ hic:⁊ in.12.metaphy. Et arguit rõne:q2 oĩs diuerſi
T.c.49 tas ⁊ pluralitas eſt per aliquẽ actũ. Actus eſt enim qui
diſtĩguit ⁊ ſeparat:vt cõiter accipit ex.8.metaphy. Sʒ
ipſa ꝑma mã nullaʒ formã habet de ſe:ergo de ſe non ẽ
T.cõ.ii. diſtincta in diuerſis entibus nãlibꝰ :⁊ ſic relinquit ꝙ ſit
vna:q2 q̃cũq3 diuiſionẽ nõ hñt vt ſic vnum dicuntur.5.
metaphy.cũ igit ipſa nõ ſit vna ſpẽ ȯ ſe:q2 ſpecies ⁊ for
ma idẽ ſunt:⁊ ipſa ſm ꝙ mã eſt:nullã de ſe habet formã
¶ Itẽ nõ eſt vna genere:q2 cuiuſlibʒ generis ſũt diuer
ſe ſpẽs:nec ẽt vna ſm analogiã:q2 ſemꝑ vnuʒ anologa
toꝝ eſt ꝑfectiꝰ altero ⁊ ꝑus.⁊ vna ꝑma mã rei nãlis nõ
eſt ſimpl'r ꝑor aut ꝑfectior q̃ alia:relinq̃tur g̊ ꝙ ſit vna
numero:⁊ h q̇dẽ rõ eſt fortis ⁊ demõſtratiua.

Ad queſtionẽ preĩtelligẽdũ ẽ ꝙ mã duplex
ẽ ſʒ modũ.ſ.mã ꝓpinq̃ ⁊ mã
remota. Materia q̇dẽ ꝓpiqua ẽ materia diſpoſita de-
termiatis diſpoſitionibꝰ ⁊ ꝑparata vt mã calida ⁊ ſicca
eſt mã ꝓꝑa ignis:ſimil'r aũt ⁊ in aliȷ̃s. Materia remota
eſt mã oĩno ꝑma de qua ſupiꝰ fuit dictuʒ:qȯ de ſe nullaʒ
formã hẽt ꝓpriã ſm ꝙ mã:neq3 priuationẽ ꝓpriaʒ:ſed
eſt in potẽtia ad oẽs formas ⁊ ꝑuatiões. Et de iſta q̇dẽ
prima ⁊ remota mã dixerunt aliq̇ ꝙ ipſa de ſe nec ẽ vna
nec plures: qȯ ꝓbauerũt ex hoc ꝙ ipſa de ſe nec hʒ q̃ti
tatẽ idiuiſaʒ q̃ eſt ꝑncipiũ vnitatis nũeralis ſʒ eos:nec
multas quãtitates diſtinctas a q̇bꝰ eſt pluralitas nume-
ralis cum ipſa ſit ens pure in potẽtia. Sed iſtud nõ ſuf-
ficit:q2 vnũ ⁊ multa ſufficiẽter diuidũt ens ſm Ariſto.
T.cõ.9. in.10.metaphy.vñ cũ mã ſit ens opʒ ꝙ ſit vnũ vel mul-
ta:⁊ cũ ipſa de ſe nõ ſit multa q2 nõ hʒ de ſe q̇bus diſtin
guat in m'lta:remanet ꝙ ſit q̇d vnũ:ſʒ nõ ẽ vnũ ſpẽ aut
genere ꝓꝑe cũ nõ hẽat aliquã formã ſpecificã nec gene
ralẽ.ergo relinquit ꝙ ſit vna numero.nõ eni eſt q̇d vnũ
ſm anologiam:vt manifeſtũ eſt cuilibet ĩtelligẽti: eo ꝙ
nõ eſt diſtincta in ꝑus ⁊ poſterius ſm ſui nãm cuʒ ſit pu
re potẽtia ens. ¶ Et iõ dico aliter ⁊ dico ꝙ mã ꝓpinq̃
nõ eſt vna numero oĩuʒ generabiliũ ⁊ corruptibiliũ:q2
ſi ſic oĩa generabilia eẽnt eiuſdeʒ ſpeciei:cum in vna mã
numero eodẽ modo diſpoſita nõ ſint plures forme ſub
ſtantiales ſpecifice:cõſequẽs aũt eſt mãifeſte ĩpoſſibile:
q2 entia nãlia habẽt diuerſas opatiões:⁊ alia ꝑ ſe ꝓꝑa
accidẽtia diuerſa. ¶ Itẽ mã ꝓpiqua ẽ materia ĩforma
ta diſpoſitiõibus ꝓꝑis alicuius rei naturalis:vt mãife-
ſtũ ẽ:ſʒ certũ eſt ꝙ diſpoſitiões ꝓprie vniꝰ rei nãlis ſunt
diuerſe a ꝓpriȷ̃s diſpoſitiõibus alteriꝰ:vt diſpoſitiones
ꝓprie ignis ſunt calidũ ⁊ ſiccũ in ſũmo.⁊ diſpoſitiones
ꝓprie aque ſunt frigidũ ⁊ humidũ:hec aũt ſunt ꝯtraria
adinuiceʒ:ſimil'r aũt ⁊ in aliȷ̃s ſuo mõ : ſemꝑ.n. diſpoſi-
tiones ꝓprie vnius rei naturalis ſũt ꝯ̃rie diſpoſitionibꝰ
ꝓpriȷ̃s alteriꝰ rei:ſic̃ extremũ extremo:vt ꝯtigit ĩ ſimpli
cibꝰ corporibꝰ q̃ ſunt ꝯ̃ria ſibiĩuicẽ vel ĩ vna q̃litate vl' ĩ
duabꝰ. Aut ſũt ꝯ̃ria ſibiĩuicẽ ſicut extremum medio:vt
diſpoſitiones elemẽtoꝝ diſpoſitionibus mixtoꝝ:vel ſi
cut vnũ mediuʒ alteri medio:vt diſpoſitiones panis di
ſpoſitionibus carnis: vt tangit cõmentator in primo celi
⁊ mũdi.ſimiliter aũt ⁊ in aliȷ̃s.q̃re ⁊c̃. ¶ Iteʒ 2° eſt dõʒ Cõ.20.
ꝙ mã ꝑma ⁊ remota bene eſt vna nũero oĩuʒ gñabiliuʒ
⁊ corruptibiliũ:qȯ ſic ꝓbat:q2 oĩum que adiuicẽ tranſ-
mutant ẽ vnũ ſubiectũ nũero cũ ſemꝑ trãſmutatio req̇
rat ſubiectum vnum numero ſub vtroq3 termino tranſ
mutationis:vt pʒ in iſto ꝑmo ⁊.5.huiꝰ.ſed ipſa entia na T.c.62.
turalia ſũt adinuicẽ trãſmutabilia:vt pʒ ad ſenſuʒ. Nã T.cõ.8.
ex aĩali ſit cadauer.⁊ ex cadauere ſit terra:ſil'r autẽ ⁊ in
aliȷ̃s. Nec eſt rõ quare in duobꝰ entibꝰ nãlibꝰ trãſmuta-
bilibus adinuicẽ ĩmediate ſit vnũ ſubiectũ nũero pluſq̃
in diuerſis.q̃re ⁊c̃. Et põt oſtẽdi rõe ſupradicta q̃ mihi
videt eſſe ſufficiens ad iſtam ꝯcluſionẽ demõſtrandaʒ:
cũ eni nõ ſit materia pria de ſe diſtĩcta ĩ diuerſis materia
libꝰ:opʒ ipſaʒ hẽre aliquã vnitatẽ ĩ eis.vl'r eni q̃cũq3 di
uiſionem nõ hñt vt ſic:vnũ dicunt.5.metaphy.⁊ cũ ipa T.cõ.ii.
nõ ſit de ſe vna ſpecie ꝓꝑe nec genere nec anologia:re-
liquit ꝙ ſit vna nũero.q̃re ⁊c̃. Sʒ de mõ vnitatis ipſiꝰ
ꝯſideranda eſt diligenter ſentẽtia commentatoris in.12.
metaphy.ex ciꝰ v̇bis eni ⁊ eiꝰ ſñia ibi colligit:ꝙ aliq̇d eẽ Cõ.14.
vnũ nũero põt ĩtelligi dupl'r. Uno mõ aliq̇d eſt vnum
numero poſitiue ⁊ ꝓprie:⁊ eſt illud qȯ hʒ vnã formã in
diuidualẽ que eſt ens actu ⁊ ĩdiuiſuʒ in ſe.ſic̃ ſor.⁊ qȯli-
bet aliud ĩdiuiduũ ſubẽ:ſimil'r ⁊ ĩ aliȷ̃s ſuo modo. Alio
mõ põt intelligi aliq̇d eẽ vnũ nũero ꝑuatiue.ſ. ꝑ priua-
tionẽ oĩuʒ formarũ ĩdiuidualiũ a q̇bus eſt multitudo
numeralis:mõ materia nõ ẽ q̇d vnũ numero :primo mõ
ſ.poſitiue: q2 ipſa ĩ eẽntia ſua nõ hʒ aliquã formã indiui
dualẽ ꝓpriã q̃ ſit vna actu ⁊ ens in actu ut demõſtratũ
fuit ꝑus:ſed bñ ẽ vna nũero ꝑuatiue per ꝑuationẽ oĩuʒ
formarũ:ĩdiuidualiũ:a q̇bus eſt multitudo ⁊ pluralitas
numeralis:nõ ſic ꝙ ſit actu ꝑuata ⁊ denudata ab oĩbus
formis ſil':ſic̃ oculus cecus eſt ſimul ꝑuatꝰ oĩ viſiõe.h.n. Cõm.12.
eſt falſuʒ ⁊ ĩpoſſibile vt demõſtrat ꝯmẽtator in.2.huiꝰ. T.cõ.6.
⁊ Ariſto.in ꝑmo de gñatione.ſed ſic ꝙ ipſa ĩ eẽntia ſua
ſm ꝙ ẽ mã ꝑma nõ ĩcludit aliquã formã ꝓpriã:⁊ ſic nõ
hẽt ȯ ſe m'ltitudinẽ.q̃re reliquit ꝙ ipa ſit vna nũero pri
uatiue. ¶ Et ẽ notãdũ circa h ꝙ ſic̃ ipa dr̃ vna nũero
ꝑuatiue mõ ꝑdicto:ſic ipa ꝑt dici cõis ad oĩa gñabilia ⁊
corruptibilia ẽt ꝑuatiue.q2.ſ.nõ hẽt ĩ eẽntia ſua aliquã
formã ĩdiuidualẽ ⁊ ꝓpriã q̃ ȯtermiata ſit ad vnũ ĩdiui-
duũ ſeu ſingulare:iõ ẽ cõis ꝑuatiue. Et addit ꝯmẽta.ꝙ
dr̃t cõitas mãe pͤa cõitate vl'aliũ ꝑcipue generis:forme
n.cões ĩ q̇bꝰ ĩueniũt vl'ia ſũt ĩ poͣ.⁊ iõ ſcire aliq̇d ſm ꝙ
vl'e ẽ ſcire ipm in poͣ ſʒ ꝙ dic̃. Cõicatio igit q̃ ĩtelligit
in formis cõibꝰ hʒ eẽ extra aĩaʒ ĩ poͣ. Iſta aũt cõicatio
q̃ ĩtelligit ĩ mã pria ẽ pura ꝑuatio:cũ nõ ĩtelligat niſi ꝑ

p̃uationē formaꝝ idiuidualiū ab ea. Eſt igit itētio Cō
mētatoꝛis in his v̄bis: ꝙ mā pꝛia nō hꝫ cōitatē ſuā per
aliquā vnā formā cōem ꝛ potētialeꝫ: que ſit de ſua ſuba
ꝛ ꝑpꝛia ei ſm ꝙ mā. Sed vniuerſale hꝫ cōitatem extra
aiaꝫ per aliquā vnā formā cōem: potētialē tn̄ ꝛ imperfe
ctā que eſt ꝑpꝛia ipſi vl̄i: ꝛ in his v̄bis Cōmētatoꝛ vide
tur itelligere ꝙ alia eſt forma vl̄is extra aiaꝫ a forª ſpe
ciali: vl̄is dico ꝓ re de q̃ alias deo fauente dicā. Cōitas
aūt mãe pꝛime ad oīa gn̄abilia nō eſt aliud niſi ei⁹ indif
ferētia ad ipa inq̄tū nō hꝫ aliquē actū ſibi ꝑpꝛiū qua ſic
hoc eſt ſpāle diſtinctū ab alio. Et dic̄ ibi Cōmētatoꝛ ꝙ
veꝝ eſt ꝙ iſte eſt verus intell'ꝰ mãe pꝛime q̄tū ad ei⁹ vni
tatē: qui nūq̄ eſt dictus ab Ariſt. in aliquo loco: ſꝫ inue
nitur inui ex ei⁹ v̄bis: ꝛ h̄ eſt verū: qꝛ in pꝛimo metaph.
in erroꝛib⁹ dicit ꝙ in fundamēto nãe nihil eſt diſtincto:
ꝛ in 7° dicit: ꝙ ipa nō eſt quid: nec q̄le: nec quātū: nec ali
T.cō.8. quid alioꝝ quib⁹ diuiſum eſt ens. q̄re ꝛc̄. ¶ Ulteri⁹ eſt
intelligēdū ꝙ aliq̄s poſſꝫ dubitare ſatis rōnabil'r. Naꝫ
omne qd̄ hꝫ entitatē poſitiuā extra aiaꝫ eſt vnū entitate
poſitiua extra aiaꝫ h̄ eſt euidens ex 4° metaphy. ſꝫ mā
T.c.11. p̄ma hꝫ entitatē poſitiuā extra aiam cū ſit aliq̄d real'r ꝛ
q̄dditatiue diſtinctū a p̃uatiōe. vt pꝫ in p̄mo h⁹. q̄re ꝛc̄.
T.c.66. ¶ P̄. ſi mā pꝛia ſit vnū nūo pꝛiuatiue: ex hoc ꝙ in eēn
tia ſua nō hēat aliquā multitudinē formaꝝ idiuidualiū
a quib⁹ eſt multitudo numeralis: ſic ipa poſſet dici plu
res nūo pꝛiuatiue: ꝓ tāto: qꝛ ipſa in eēntia ſua nō habꝫ
aliquā vnā formā a qua ſit vnitas nūalis: ꝛ ſic eēt vna
nūo pꝛiuatiue: ꝛ plures numero pꝛiuatiue ſil': qd̄ videt
irrōnabile: eo qꝛ iſta vident oppoſita. ¶ P̄. ſil'r poſſꝫ di
ci ꝙ ipſa mā eſt vna ſꝫ ſpēꝫ p̃uatiue: eo ꝙ nō hꝫ in eēn
tia ſua aliquā multitudinē formarū ſpecificarū: a quib⁹
eſt multitudo ſpecifica: hoc aūt nullus dic̄. ¶ Ad p̄mā
dōm ꝙ mā p̄ma ſicut hꝫ entitateꝫ poſitiuā: ſic hꝫ vnitatē
poſitiuā ſolū potētialē. vt pꝫ ex p̄cedētib⁹. ꝛ iō concedi
tur hr̄e vnitatē potētialē ſolū poſitiuā: ſed nō vnitatem
actualeꝫ poſitiuā de ſe. ¶ Ad aliud poſſet aliq̄s euader
dicēdo ſic: ꝙ non eſt ſimile de multitudine mãe ꝛ de vni
T.c.11. tate ipſius. Nā rō vnitatis ſumit ab idiuiſiōe. vt pꝫ in. 5.
metaphy. Indiuiſio aūt eſt quedā p̃uatio. ꝛ iō vnitas eſt
ꝑpinqua p̃uationi: ſꝫ pluralitas nō ſic ſe hꝫ. ꝛ iō poterit
dici mā vna p̃uatiue ꝛ nō plures p̃uatiue: ꝙ ſi hoc nō ſuf
ficit cōcedat mām eſſe plures p̃uatiue ſic intelligendo ꝙ
in ſua eſſentia nō icludit aliquā fomā a qua ſit vna nūe
ro actu: ꝛ iō ſic̄ dicit vna numero: qꝛ non eſt plura de ſe:
ſic dicit plura nūero: qꝛ nō eſt vna de ſe: nec iſta ſunt op
poſita realiter vnū numero p̃uatiue ꝛ plura numero pꝛi
uatiue: ſicut licet albū ꝛ nigꝝ ſint oppoſita: tamē p̃uatio
albi ꝛ p̃uatio nigri nō ſunt oppoſita cuꝫ ſimul ſint in me
dio coloꝛato. Pꝛima tn̄ ſolutio videt melioꝛ: eo ꝙ ratio
vnius ſumit ab indiuiſione. vnde cū mā pꝛima non ſit de
ſe diuiſa numeraliter: ipſa pōt dici quodāmodo vna nu
mero. Sed rō multitudinis ꝛ pluralitatis nō ſumit a p̃
uatione. ꝛ ideo quāuis ipa nō ſit vna numero per aliquā
vnā formā: nō ſequit vt ſit plures numero. Nec itelligo
ꝙ ipa ſit vna numero ꝛ p̃uatiue ſolū ꝛ p̄ciſe ꝓ tāto: qꝛ de
ſe non hꝫ multas formas idiuiduales: qꝛ ſil'r poſſet dici
ꝙ indiuiduū ens actu vt ſoꝛ. eſſet vnū numero p̃uatiue:
qꝛ nullum tale hꝫ multitudinem formarum a quibus ſit
multū numeral'r: ſꝫ ꝓ tanto: qꝛ nec vnā formā indiuidua
lem hꝫ qua ſit vna numero: nec multas q̄bus ſit numero
plura: ſꝫ potentia ſe hꝫ ad ambo hec. Unde foꝛte ratio
pꝛicipalis radicalis vnitatis materie pꝛie eſt ipſam eſſe
ens pure potentia ad qd̄ ꝯſequit pꝛedicta. Et ideo Cō
mentatoꝛ dicit in eo: aut qd̄ eſt in potentia dicere: eſt ꝙ
eſt vnum numero ꝛ cōe pluribus. vt igitur ſit ad vnum

dicere: mā p̄ma eſt dicta vnū nūero: ex eo ꝙ ipſa eſt ens
i pura potētia: ꝛ ꝑ ablationē formaꝝ idiuidualiū oium
ab ea modo p̄dicto: non qꝛ actu ſil' ſit ſine oibus formis:
ſꝫ qꝛ nullā claudit in eſſentia ſua. ¶ Ad aliud dubium
p̄t dici ꝙ nō eſt iconueniēs mām p̄mā eſſe vnā ſm ſpēm
pꝛiuatiue ꝓpoꝛtiōabil'r: ſic̄ ipſa dr̄ vna nūero pꝛiuatiue
.ſ. qꝛ ipſa n̄ hꝫ in ſua eēntia formas q̄bus ſpecifice diſtin
guat: ita ꝙ ꝑ ablationem formaꝝ ſpecificaꝝ dr̄ vna ſꝫ
ſpēm p̃uatiue. ſil'r vna ſm genus: ſed hoc non opoꝛtuit
Commentatoꝛem expꝛimere: qꝛ pꝫ ex dictis eius ſatis.

Ex dictis pꝫ ſolo pꝛimaꝝ duaꝝ rationum.
¶ Ad tertiā dōꝫ ꝙ ipa nō eſt
vna nūero ſm ſuū eſſe actuale vt bn̄ ꝓbabat: tn̄ ipſa eſt
vnū nūero ſm ſuū eē potētiale: nō q̄dē ꝙ ei⁹ potētia ſit
ſimpl'r vnū ſubm̄ nūero: ſꝫ ipſa ſm id qd̄ eſt ens vnū ſm
eē potentiale: ꝛ hoc ſufficit. Uel dicat ꝙ eſt vna ſm eēn
tiam mō p̄dicto. Et cuꝫ dr̄: qꝛ tūc entia nālia non eſſent
dr̄ia ſm ſuas q̄ditates: dico ꝙ imo: qꝛ dr̄ia ſunt illa que
ſunt diuerſa aliq̄d vnū entia. 10. metaph. modo entia nā T.c.12.
lia ſunt diuerſa ſm formas aliq̄d vnuꝫ entia. i. in aliquo
vno ꝯuenientia. ſ. in mā. Sꝫ dices. ad minus entia nālia
non erūt diuerſa ſm ſuas q̄dditates ꝛ ꝑ ſe ꝛ pꝛimo cuꝫ
non inerit eis diuerſitas niſi rōne vni⁹ ꝑtis q̄dditatiue: ꝛ
hoc ꝯcederet a multis. ſ. ab illis qui ponunt q̄dditatem
ſubſtātie nālis eē compoſitā ex mā ꝛ forma. Aliꝗ v̄o di
cerent ꝙ mā pꝛia nullo⁹ eſt pars q̄dditatis ſube ſiue rei
nālis: ſꝫ ſola forma eſt tota q̄dditas. vt vr̄ velle Com
mentatoꝛ in 7° metaphy. ſꝫ de hoc ad pn̄s non diſcutio. Cō.34.
¶ Ad quartam dōm ꝙ oia materialia ſūt adiuicē trāſ
mutabilia vel imediate vt illa que ſunt ſibiinuicē ꝑpin
qua ſm formas: vel mediate ꝛ ꝑ plures tranſmutatiōes
ita ꝙ materia q̄ nūc eſt ſub vna forma. ſ. aſini p̄t fieri ſub
forma terre multis tranſmutationib⁹ mediantibus: ꝛ h̄
non eſt iconueniēs: nec ꝯ Ariſto. ſed ꝙ vnūquodq; ime
diate fiat ex vnoquoq; hoc bene eſt inconueniēs.

¶ Primum quidem igitur dictum eſt ꝛc. Tex
tu commenti. LXX. Queſtio. XXV.

Commētatoꝛ ſuꝑ iſtā ꝑtē exponēdo illud Cō.70.
v̄bū Ariſ. Et q̄d ſubm̄: ꝓbat ꝙ potentia
mãe n̄ eſt ſuba ei⁹. ꝛ iō circa h̄ p̄t q̄ri vtꝝ
poª mãe ſit idē eēntial'r cū ipſa ſuba mãe.
¶ Arguit pꝛio ꝙ ſic: qꝛ illud ꝑ qd̄ ſubat
aliq̄d ē ei⁹ eēntia. nihil. n. ſubat ꝑ ſuū acci
dēs. vt maīfeſtū ē. Sꝫ mā ſubat ꝑ poſſe. vt ſcribit Com
mentatoꝛ in tractatu de ſuba oꝛbis. ¶ Itē 2° ſicut ſe hꝫ
p̄mū agēs ad eſſe actu: ſic ſe hꝫ p̄mū patiēs ad eē in po
tētia. ꝑ conuenientē ſilītudinem. Sꝫ p̄mū agens eſt ens
actu ꝑ ſuam eēntiā: ita. ſ. ꝙ eſſe actu nō eſtadditū ſube
ſue vt oēs ꝯcedūt: q̄re ſil'r pꝛimum patiēs eſt ens in poª
ꝑ ſuam eſſentiā ſic ꝙ potētia non eſt aliq̄d additū ei⁹ eſ
ſentie. ¶ Itē 3° in q̄libꝫ gn̄e eſt act⁹ ꝛ poª. vt vult Ariſt.
in. 9. metaph. ꝛ Cōmentatoꝛ in ꝓhemio de aīa: ſed ſuba T.c.7.
eſt vnū gen⁹. ḡ in gn̄e ſube eſt aliqua potētia: illa aūt nō Com.6.
eſt ꝯpoſitū nec forma. vt maīfeſtū eſt. ḡ relinq̄t ꝙ ſit mā.
vt maīfeſtū ē: ꝛ ſic mā eſt ſubal'r potētia. ¶ Itē 4° ſic̄ ſe
hꝫ eē ad poſſe ita eēntia ad potētiā: ſꝫ in eternis nō dif
ferūt eſſe ꝛ poſſe ſm Ariſto. in 3° hui⁹. ḡ in eternis n̄ dif T.c.32.
ferūt eēntia ꝛ potētia: cū igr̄ pꝛia mā ſit eterna. vt demō
ſtratū eſt in pꝛio hui⁹. ſequit ꝙ ipſa ſit idem cū ſua potē T.c.82.
tia. ¶ Itē 5° ſi poᵉ mãe eſſent accn̄s ſuꝑadditū eſſentie
materie: ſeq̄ret ꝙ eſſet ꝓceſſus in infinitum in accn̄tibus
materie ſimul exiſtentibus: qd̄ vr̄ impoſſibile ex 3° hui⁹.
vbi dr̄ ꝙ non eſt dare infinitū actu ſimul: nec in multitu T.c.41.
dine: nec in magnitudine. Et pꝛobatur conſequentia:

qꝛ ſubm eſt in po^a ad accñtia ſua vt manifeſtum eſt.ali-
ter.n.eſſet impoſſe ea habere.Si igiť potentia materie ē
accñs mãe ipſa vtiqꝫ materia videbiť eē in potentia ad
ipſam potentiã:⁊ ſic ſequereť de illa po^a per quã mã eſt
in potentia ad ſuam potẽtiaz.vtꝝ ſit idẽ eſſentialr̃ cum
ipſa ſubã mãe:aut nõ.ſi ſic pari rõne erat ſtãdũ in pꝛima
po^a.ſi nõ tũc mã eſt in potẽtia ad illã potẽtiã.⁊ ſilr̃ que-
reť de illa tertia potẽtia:⁊ ſic aut ibit queſtio in ĩfinituz:
aut oꝫ in p̃ncipio ↄcedere ꝙ potẽtia mãe ad foꝛmaz ſit
idẽ eſſentialr̃ cũ ipſa pꝛima mã.❡ Jtẽ 6° ſi potẽtia mãe
eẽt accñs mãe:tũc ipſa potẽtia eẽt actus:qȯ vr̃ impoſſe:
qꝛ actus ⁊ potẽtia ſũt oppoſita ⁊ vnũ eoꝝ nõ eſt alteꝝ.
Et pꝫ ↄ̃ntia:qꝛ omne accidẽs eſt foꝛma ⁊ omnis foꝛma
eſt actus.❡ Jtem 7° ſi potẽtia mãe eſt accidẽs:tũc foꝛ-
ma non vnireť imediate materie pꝛime ꝙ videť ĩconue
niens:qꝛ foꝛma ſubalis eſt pꝛima pfectio ipſius mãe vt
oẽs ↄcedũt:⁊ pꝫ ↄ̃ntia:qꝛ foꝛma nõ vniť materie niſi me
diãte potẽtia ipſius mãe.❡ Jtẽ 8° ſi potẽtia mãe eẽt ac
cidens mãe:tũc ex materia ⁊ foꝛma non fieret vnuz niſi
T.cõ.4 ſm accñs:qȯ eſt impoſſe.vt vult Ariſto.in.8° metaphy.
T.c.7. ⁊ 2° de aïa:⁊ ↄ̃ña ꝓbať:qꝛ ex mã ⁊ foꝛma non fit vnum:
niſi qꝛ mã eſt ens in potentia ⁊ foꝛma eſt actus.Si ergo
eſſe in potẽtia accideret materie:tũc ex ipã foꝛma ⁊ ma
teria fieret vnum ſm accidens:quod eſt inconueniens.

Cõ.70. **Oppoſitũ** arguiť aucte Commẽtatoꝛis in iſta
pte vbi dicit apte ꝙ potẽtia non eſt
idem cũ ſubã mãe:⁊ idẽ dicit ĩ tractatu de ſubã oꝛbis ꝙ
poſſe quo ſubať hic ſubm differt a nã ſubti:⁊ hoc ꝓbat
hic ⁊ ſilr̃ ibidẽ vt videbiť.Et arguiť rõne:qꝛ ſicut ſe hñt
po^e aïe ad aïaz:ſic potẽtie materie ad materiã p conue
nientem ſilitudinez.Sed po^e aïe non ſunt ipſa ſubã aïe:
cũ ſubã aïe nõ ſit niſi vna in vno aïato:⁊ potẽtie ſũt plu
res vt viſus ⁊ auditus ſm cõmunẽ doctrinaz.quare ⁊c.

**Ad iſtã qõnem** dimiſſis alijs opinionibus
dico ad pñs p diſtinctionez
ꝙ p potẽtiã nos poſſumus ĩtelligere duo.Uno° ſubie-
ctũ potẽs.Alio° foꝛmale p̃ncipiũ.ſ.reſpectũ ſeu habitu
dinem ad foꝛmã gñandam vel ad agens.❡ Tũc dico
ad qõnem ꝙ potẽtia ſi ſumať ꝓ ſubiecto po^e.ſic eſt idez
eſſentialr̃ cũ mã:qꝛ illud qȯ eſt pfectibile ⁊ ĩfoꝛmabile p
foꝛmã ſubalem eſt ipſa eẽntia materie pꝛime ĩfoꝛmabi-
le.Dico pꝛimo pꝛincipalr̃ hoc eſt euidenſ:ſꝫ ſubiectũ po
tẽs eſt hmõi:vt ẽt notũ eſt.q̃re ⁊c̃.❡ 2° dico ꝙ ſi ſumať
potẽtia ꝓ foꝛmali pꝛincipio quo mã dr̃ potẽs:ſic nõ eſt
idem ſubalr̃ vel eẽntialr̃ cũ ſubã mãe.Et hoc ꝓbať mul
tiplr̃.Et pꝛimo ſic:illa nõ ſũt penit⁹ vnũ ⁊ idẽ eſſentialr̃:
quoꝝ vnũ multiplicať altero manente vno:hoc eſt eui
dens:ſꝫ mã exñte vna numero po^e ſunt plures:vt potẽ
tia ad foꝛmã ignis eſt alia a potẽtia ad foꝛmã aque:ſilr̃
aũt ⁊ in alijs.Et hec rõ ſumpta eſt ex verbis Ariſto.ex
T.c.io. 3° huius.vbi dicit ꝙ poſſe ſanari ⁊ poſſe ĩfirmari nõ ſũt
Com.2. idẽ:lꝫ ſubm̃ potens ſit idẽ:⁊ Cõmẽtatoꝛ in.12.metaph.
dicit ꝙ numerus habilitatũ.i potentiaꝝ materie eſt ſm
numeꝝ ſpẽꝝ gñabilium.Et ↄfirmať iſta rõ:qꝛ ſi poten-
tia mãe qua foꝛmalr̃ denoïať potens eſt idẽ cũ mã eſſen
tialr̃:qua rõne vna potẽtia ⁊ alia erit ſic idẽ cũ mã:⁊ ſic
oẽs po^e quas hꝫ materia ad foꝛmas erũt idẽ eſſentialr̃
⁊ ſubalr̃ cũ ipſa mã:mõ quecũqꝫ vni ⁊ eidẽ numero eẽn
tialr̃ ⁊ indiuiſibilr̃ ſunt eadẽ:ĩter ſe ſunt eadez.ergo oẽs
po^e mãe ad foꝛmas ſunt idẽ eſſentialr̃ ⁊ vnum:qȯ ē im-
poſſe p ſe.Nã po^e diſtinguunť p diſtinctionez actum ſal
tem imediatoꝝ.❡ Jtẽ ſi po^a quã hꝫ materia exñs ſub
foꝛma aque ad foꝛmam aeris eſſet vnum ⁊ idem cuꝫ po
tentia quã hꝫ ad foꝛmã ignis:tũc omne qȯ vnam illarũ
potẽtiaꝝ reduceret ad actum:reduceret ⁊ aliam:hoc

nõ vr̃ bene ↄueniens:⁊ ſic omne qȯ gñaret aerem ex aq̃:
gñaret ẽt ⁊ ignem:qȯ eſt impoſſe ⁊ ↄ̃ ſenſum.❡ Jtẽ rõ-
nes Cõmentatoꝛis ſunt ad ꝓpoſitũ efficaces.Nã ſi po^a
mãe eſſet oïno eſſentialr̃ eadẽ cũ ſubã mãe:tũc aduenie
te foꝛma coꝛrumpeť vel auferreť ſubã mãe:qȯ eſt mani
feſtum impoſſe.Et pꝫ ↄ̃ña:qꝛ foꝛma pñte:coꝛrumpiť po
tẽtia quã habuit ad foꝛmã illã vt manifeſtũ eſt.qȯ.n.eſt
actu nõ eſt ſicut cuꝫ erat potentia.vt dr̃ in.9.metaph.⁊ T.c.ii.
vlr̃ dicit ipſe ſi po^a mãe eſſet ſubã eius:tũc ſubã eius coꝛ
rumpeť apud gñationem.Sꝫ miꝝ eſt cum po^e materie
ad foꝛmã ſint infinite durationis a pte ante.vt dicit Cõ
mentatoꝛ in pꝛio celi ⁊ mũdi:quõ ipſa põt coꝛrumpi:cũ T.c.iiſ.
Ariſto.demonſtret in pꝛio celi ⁊ mũdi multiplr̃ ꝙ nullũ
ens ĩgenitũ.ſ.eternũ a pte ante põt coꝛrũpi:ſicut nec ali
quod ſcm̃ põt maneř ĩcoꝛruptibile:⁊ foꝛte dõꝫ ꝙ nullũ
ppetuum a pte ante põt coꝛrũpi ſic ꝙ in poſteruꝫ nullũ
ei⁹ ſile gñatur:⁊ ſic ĩtelligit Ariſto.ↄ̃ illos qui poſuerũt
mũdũ ĩgenitũ:⁊ poſtea oïno coꝛrũpi ſic ꝙ in futuro nul
lus regñabiť mundus:ſed potẽtia materie ad foꝛmã q̃
fuit eterna ex parte añ:q̃uis coꝛrũpať ⁊ nunq̃ gñeť ea-
deꝫ nũero:tñ redibit potẽtia eadẽ ſpẽ.vt cum ſoꝛ.fuerit
coꝛruptus:mã ei⁹ iteꝝ erit in potẽtia ad foꝛmã hoïs ſi-
cut fuit p̃us.Uł dico ꝙ potẽtia q̃tum ad id qȯ eſt poſi-
tiuũ nõ coꝛrũpiť:ſꝫ ſolũ q̃tum ad pꝛiuationẽ foꝛme que
p̃exiſtebat in mã:⁊ h̃ additũ nõ p̃termittas.❡ Jtẽ ſi po
tẽtia mãe eẽt ſubã mãe:tũc mã eẽt in p̃dicamẽto ad ali-
q̃d non in p̃dicamento ſube:qȯ eſt impoſſe.pꝫ.n.ſube eſt
ſubã.Et pꝫ ↄ̃ña:qꝛ po^a ꝓ reſpectu eſt in p̃dicamento ad
aliq̃d:⁊ hoc ẽt ipſe dicit in tractatu de ſubã oꝛbis ꝙ poſ
ſe dr̃ reſpectu foꝛme:⁊ ipſa materia eſt vnũ entiũ exñtiũ
p ſe.i.abſolutũ eẽntialr̃ a reſpcũ.Sed ↄ̃ iſtã poſitionem
dubitať multiplr̃.Pꝛimo dubitať circa illã diſtinctionẽ
qua dr̃ ꝙ hoc nomẽ po^a põt ſumi vel ꝓ ſubiecto vel ꝓ re
ſpectu:hoc vr̃ ĩconueniẽs:qꝛ nomẽ abſtractuꝫ nõ ſumiť
ꝓ ſubiecto:in hoc.n.differt terminus accñtalis ↄcretus
ab abſtracto ſiue a pꝛĩcipali:qꝛ termin⁹ accñtał ↄcretus
p̃t accipi ꝓ ſubiecto vel ꝓ foꝛma:abſtract⁹ aũt non:cum
igiť po^a ſit nomẽ abſtractũ nõ p̃t teneri ꝓ ſubiecto:q̃uiſ
hoc nomẽ potẽs poſſit accipi ꝓ vtroqꝫ.Uñ huic argu-
mẽto ĩnitentes q̃dã dixerũt ꝙ illa diſtinctio ꝓuenerit ex
ignoꝛãtia inter abſtractũ ⁊ denoïatiuũ.❡ Jtem dubiũ
eſt ↄ̃ pꝛimã rõnẽ Cõmẽtatoꝛis:qꝛ ſupponit ꝙ ad pꝛiua
tionẽ foꝛme coꝛrũpiť po^a:hoc aũt vr̃ difficile:qꝛ cũ foꝛ
ma ſubalis educiť ȯ po^a materie a gñante:quero an ma
teria ſit potẽſ recipe foꝛmã:aut nõ:ſi ſic.igiť hꝫ potẽtiã:
recipiẽdi foꝛmã.nihil.n.ē potẽs recipe foꝛmã ſine potẽ
tia:ſicut nihil eſt albũ ſine albedine:ſi aũt nõ ſit potẽſ re
cipe foꝛmã.g̃ recipit qȯ nõ p̃t recipe:qȯ eſt impoſſe.g̃ in
illo iſtãti materia hꝫ po^am ad foꝛaꝫ:⁊ ſic po^a ñ coꝛrũpiť
vt vr̃.Etiã ↄfirmať:qꝛ po^e actiue coꝛrñdet potẽtia paſ T.c.17.
ſiua.5.metaphy.ſꝫ ĩ iſtãti cũ gñans gñat ⁊ extrahit foꝛ
mã ad actũ:ipm gñanſ hꝫ potẽtiã actiuã reſpectũ mate
rie.g̃ ei coꝛrñdet potẽtia paſſiua:⁊ nõ niſi ĩ mã vt certũ
ē.g̃ in iſtãti illo mã hꝫ potentiã receptiuã foꝛme:⁊ tñ in
illo iſtãti foꝛma eſt pñs materie.g̃ apud pñtiã foꝛme nõ
coꝛrũpiť potẽtia mãe:⁊ ſic rõ Cõmentatoꝛis vr̃ falſum
ſupponere.Jtẽ dubitať rõnabilr̃ circa ſcȯaꝫ rõnem ei⁹.
Nã nulla relõ fundať imediate in ſubã.vt capiť ab Ari T.c.20.
ſto.5.metaph.cap°.ȯ ad aliq̃d.Si igiť potẽtia materie
fũdať imediate ĩ ſubã mãe vt ↄcediť.eſt.n.accñs imedia
te ↄ̃ñs eẽntiã mãe intm̃ ꝙ p eam circũſcribiť eẽntia ma-
terie.g̃ nõ ē ad aliq̃d:cuius oppo^m ſupponit rõ Cõmen
tatoꝛis ſcȯa.❡ Aliud dubiũ eſt antiquũ:ꝙ ſi potentia
materie eſt accñs ei⁹:aut eſt accñs ens reale:aut accñs
ens rationis:non eſt dõm ꝙ ſit ens ſoluꝫ rationis:qꝛ ſic

materia nō eſſet potens niſi per operationē noſtri ītelle
ctus:qḋ eſt abſurdū. ¶ Si vō diceret ꝙ ipa eſſet accn̄s
ens reale hoc videt īconueniēs:qꝛ reſpectus vel relatio
non pōt eſſe realis ⁊ ens extra aīam cui⁹ termin⁹ non eſt
ens extra aīam.hec eſt mā̈ifeſta:qꝛ relatiua ſimul ſunt ⁊
nō ſunt:nūc aūt terminus iſtius reſpectus.ſ.potētie mā̈e
ad formā generādā non eſt ens extra animaꝫ:terminus
aūt hmōi relōnis eſt ipſa forma generāda q̄ nōdū ē ens
extra aīam:vt manifeſtū eſt.q̄re ⁊c̄. ¶ Itē q̄dā dubitāt
multū ſubtilr̄:qꝛ ſi potētia materie eſſet accn̄s reale pre
ter aīam.tunc ſimul erūt accn̄tia realia īfinita: qḋ videt
īpoſe.vt pꝫ ex 3° phyſicoꝝ:qꝛ nō eſt īfinitū in actu:nec
T.c.41. ſm multitudinē:nec ſm magnitudineꝫ.vt accipit ex illo
loco. Et ꝓbat ꝯn̄tia ſm ītentionē. Ariſt. generatio enim
ꝓcedit in īfinitū in futuris.vt pꝫ in.2.de generatiōe.⁊ iō
T.c.59 opꝫ ꝙ in īfinitū generent forme īfinite:modo mā̈ ipa ha
bet nūc accidētaliter potētias remotas ſaltē ad oēs for
mas illas quas recipiet in futurū:qꝛ ſi nunc nō haberet
aliquā potentiā ad formā quā reciperet in milleſimo an
no:tunc eſſet impoſe recipere eaꝫ ⁊ ſic reciperet impoſſi
bile recipi:qḋ eſt impoſſibile:opꝫ igit ꝙ mā̈ que nunc eſt
habeat potentiā ad quālibet formā quā reciperet ī futu
ro:⁊ ſic cū ipſe forme erūt infinite:ſequit ꝙ mā̈ que nunc
eſt habet potētias īfinitas ſimul. Si igit potentia mate
rie eſt ens actu reale:ſequit ꝙ īfinita accidentia realia ſi
mul erunt actu in mā̈:⁊ augēt difficultatē:qꝛ cū quelibꝫ
portio materie erit ſub formis īfinitis numero: ⁊ multe
ſunt portiōes mā̈e adīuicē diſtincte:ſequit ꝙ ſimul erūt
plura infinita ſimplr̄:dico īfinita ſimplr̄. Nam alias for-
mas recipiet in futuro hec portio mā̈e q̄ illa:⁊ ſic erunt
valde multotiēs infinita:qḋ vr̄ oīno abſurdū ⁊ impoſe.
¶ Ad pᵐ dubiū:dico ꝙ vox nulli rei repugnat nec mo-
dus ſignificādi:īmo vox quelibet q̄tum eſt de ſe eſt īdif-
ferēs ad quodlibet ſignificatū:⁊ ad quēcūqꝫ modum ſi-
gnificādi:ꝙ aūt vox aliqua ſignificet talē rem vel taleꝫ
ſub tali modo ſignificādi vel tali:hoc hꝫ ab impoſitione
humana ⁊ vſu.vn̄ ſi nos īuenimus multos hoīes vti ali
qua voce ad aliquaꝫ rem ſignificādam:⁊ ſpāliter viros
autēticos ⁊ ſolēnes debemus ei ꝯcedere illam vocē ta-
lem rem ſignificare:cū igit īueniamus Ariſto.⁊ ꝯmenta
torem vti hoc noīe potētia ꝓ ſubiecto potēte:⁊ aliq̄n ēt
ſumit ꝓ reſpectu vt oēs ꝯcedunt:nullum reputo incon-
ueniens diſtinguere modo p̄dicto. Cū ergo dr̄ ꝙ nomē
abſtractū nō ſumit ꝓ ſubiecto ſine dubio veꝝ eſt ꝙ no-
mē abſtractū ratione q̄ abſtractū eſt non ſumit ꝓ ſubie-
cto ſaltē eo modo quo ꝯcretū:ſꝫ aliqua vox ſignificans
aliquā formā in abſtracto p̄t eſſe impoſita ad ſignifican
dum ipſum ſubm̄ ſm aliā rationē ⁊ equiuoce ⁊ p̄ciſe:qꝛ
nulli voci repugnat quācūqꝫ rem ſignificare. Dꝫ autem
Ariſt. ⁊ Commētator accipiāt hoc nomē potētia ꝓ ſub
T.c.2. iecto potēte:hoc pꝫ in diuerſis verbis Ariſt. ⁊ Cōmēta
toris. Dicit.n. Ariſt. in 2° de anima.ꝙ mā̈ eſt potētia: ꝙ
nō eſt veꝝ ꝓprie:niſi qꝛ eſt ſubiectū potēs. Similiter di
T.cō.8. cit 7° metaphy.ꝙ materia nec eſt q̇d:nec quale:nec quā
tum.q̄re ⁊c̄.ſed potentia oīa iſta. Silr̄ Cōmentator in
ſuo tractatu de ſubſtātia orbis dicit mā̈m eſſe potentiaꝫ
recipientē numeꝝ ſm numerū formaꝝ:⁊ in multis aliiſ
locis īuenire poterit diligēs cōſiderator:de noīe tamen
nō eſt multū curanduꝫ dūmodo ſciat veritas rei:eſt aūt
ſincera veritas ꝙ ipſa mā̈ p̄ma ē ſubiectū potēs:qḋ vtꝝ
vocet potētia:nō facio magnā curā. ¶ Ad aliud dubi
uꝫ dicūt aliqui ꝙ potētia mā̈e que eſt eius accn̄s p̄t acci
pi dupl̄r. Uno modo q̄tuꝫ ad p̄uationē forme ad quaꝫ
eſt potētia:⁊ ſic ſine dubio corrūpit potētia mā̈e ad pre
ſentiā forme:⁊ ſic ītellexit Cōmentator. Alio° pōt acci-
pi po⁹ mā̈e q̄tum ad aptitudinem mā̈e ad recipiendum
formaꝫ ipſam:⁊ ſic po⁹ mā̈e nō corrūpit adueniēte ipſa
forma.vt oñdunt rōnes adducte. ¶ Sꝫ hoc nō placet
aliīs. Primo qꝛ ſꝫ hoc rō Cōmētatoriſ nō oñdit niſi ꝙ
p̄uatio eſt aliud a mā̈.naꝫ po⁹ mā̈e q̄tum ad p̄uatiōem
nō eſt aliud q̄ p̄uatio. ¶ Itē oppoſita nō p̄nt ſim̄l eſſe:
modo actus ⁊ potētia ſūt oppoſita ſaltem relatiue acci
piēdo potētiā ꝓ reſpectu.ergo ſimul mā̈ nō habebit po
tētiā ad formā ⁊ actu formā:cū actus ⁊ potētiā ſint op-
poſita relatiue:vt ſcribit Cōmē.in.9.metaphy. Et ideo Com.2.
aliī aliter dicūt ꝙ adueniēte vel p̄n̄te forma ſm actum
deficit potētia p̄cedēs nō ſolum quo ad p̄uationē:ſꝫ ēt
q̄tum ad reſpectum p̄cedētem formam:ita ꝙ mā̈ nō eſt
amplius ī tali potētia ſicut erat. Et cū dicebat ꝙ in illo
īſtāti gn̄atiōis forme:aut mā̈ eſt in potētia aut nō: dico
ꝙ ipſa nō eſt ꝓprie in potētia p̄cedēte actum:ſꝫ eſt in po
tētia actui ꝯiūcta:que nō eſt proprie potētia realiter dif
ferēs a ſubiecto potēte:ſꝫ eſt quedam nō impoſſibilitaſ
habēdi actū ſicut dicimus ꝙ ſor.ſedēs pōt ſedere.i.non
eſt impoſſibilis ſedere:potētia.n.multipl̄r dr̄.vt pꝫ in 2°
perier. Et cū dicebat vlteri⁹ ꝙ po⁹ actiua req̄rit potētiā
paſſiuā p̄t dici ꝙ veꝝ eſt potētiā paſſiuā q̄ eſt ſubm po-
tēs ⁊ receptiuum:ſꝫ nō ſemper requirit potētiaꝫ que eſt
accn̄s ſube potētiſ. Aliī dicūt ꝙ in īſtāti eductōis forme
ſubalis ipꝫ gn̄ans nō eſt ampli⁹ in potētia agēs:qꝛ nihil
mouet:⁊ omne agēs ꝓprie eſt mouēs:ſed hoc eſt diffici-
le:qꝛ in īſtāti gn̄atiōis ipm̄ gn̄ans hꝫ aliquam cauſalita
tem ſupra ipſam formā ⁊ nō aliam niſi agētis. Etiā Ari
ſto.vocat agēs nō ſolū mouēs motu ꝓprie dicto:ſed vlr
omne trāſmutās qualitercūqꝫ trāſmutat.vt pꝫ in 2° h⁹. T.c.29.
Item p̄t dici ꝙ ipſi potētie actiue agētiſ correſpōdet bn̄
potētia paſſiua mā̈e:accipiēdo potētiam ꝓ nāli q̄litate
materie que diſpoſita eſt ad recipiēdum formā ⁊ illa nō
corrumpit:ſed non oꝫ ꝙ ei corrn̄deat ille effectus p̄ua-
tus q̄ prius erat in mā̈. ¶ Ad aliā dubitationē dr̄ com
muniter ꝙ illa potētia mā̈e que eſt reſpect⁹ ad formam
non fūdat immediate in ipſa ſubſtātia materie p̄me:ſed
mediāte aliqua qualitate nāli que eſt de ſcḋa ſpecie qua
litatis:⁊ eſt naturalis potētia paſſiua que corrn̄det na-
turali potētie actiue agētis. Et cū dr̄ ꝙ potētia ad for-
mā eſt imediate ꝯn̄s eſſentiam materie:p̄t dici ꝙ verum
eſt imediate.i.non mediāte aliquo alio ſubiecto p̄ncipa
liori ⁊ p̄ori via gn̄atiōiſ:ſed non immediate per p̄uatio
nem mediī diſpoſitiui:īmo dimēſiōes īherēt īmediatius
ipſi prime mā̈e dicēte ꝯmētatore:in de ſub̄a orbis ꝙ pri
mū reꝝ īexn̄tium huic ſubiecto ſunt tres dimēſiones q̄
dn̄r corpus:pro tāto tn̄ mā̈ dr̄ notificari per ipſam po-
tētiā:qꝛ per iſtū reſpectū materia mā̈ifeſtius comparat
ad formam:⁊ ad trāſmutationē ſubſtātialē a qua p̄nci-
palr̄ ſumit ītellectus p̄me materie.vt pꝫ in p̄mo huius. T.c.69.
¶ Ad aliud dubiū dixerūt aliq̇:ꝙ potētia mā̈e que eſt
reſpectus ad formā nō eſt aliqḋ accn̄s reale p̄ter opera
tionem ītellectus:ſed ſolū hꝫ eſſe poſitiuū ſm ītellectū.
Dicūt tamē ꝙ materia eſt potēs recipere formā dato ꝙ
ītellectus non ītelligeret:⁊ exemplificāt ꝙ p̄uatio n̄ eſt
aliqḋ ens poſitiuū preter ītellectū:⁊ tn̄ oculus eſſet cec⁹
remota actione ītellect⁹. ¶ Sed mihi videtur ꝙ ī iſtis
dictis eſt ꝯ̄dictio implicita:qꝛ ꝯſtat ꝙ preter oēm actuꝫ
ītellectus humani materia eſſet potēs recipere formaꝫ:
⁊ hoc ꝯcedūt iſti:⁊ certum eſt ꝙ ipſa non eſt potēs for-
malr̄ niſi per potētiā:aut ipſa potētia p̄ter actum ītelle
ctus eſt aliq̄d:aut nihil:ſi eſt aliquid.ergo ens:⁊ ꝯſtat ꝙ
non eſt ſolū ens negatiuū:qꝛ mā̈m eſſe potētem non eſt
ſolum ipſam eſſe priuatam:⁊ ſic potētia preter actū in-
tellectus eſt ens poſitiuum:cuius oppoſitum iſti dicunt.

Si võ dicaꝉ ꝙ potẽtia pꝛeter actũ intellectus ſit nihil. tunc mã eſt foꝛmalr potẽs ꝑ nihil: potẽs dico realr ⁊ extra aiam: qð eſt abſurduꝫ. ℭ P̃.ſi potentia mãe eſt ens ſolũ ſm itellectum: aut eſt ens ſolũ ꝑ intellectum pꝛacticum aut ſpeculatiuũ. hec diuiſio eſt ſufficiẽs: nõ ꝑ intellectum pꝛacticũ: qꝛ tũc itellectus pꝛacticus induceret potẽtiã in ipſa mã. Uel ipſa potẽtia mãe eſſet aliqð de humanis actiõib⁹ que ſũt abſurda: ⁊ vt ſit ad vnũ dicere: pꝛacticus vl' eſt factiuus ⁊ ille ꝑncipiũ eſt artificialiũ neceſſarioꝝ humane vite. ſicut dom⁹ ⁊ veſtimẽta ⁊ hmõi: de quoꝝ nũero nõ eſt po^a mãe. Uel ẽ actiu⁹ ⁊ ille ẽ act⁹ agibiliũ hũanoꝝ. ſ. vꝛtutũ moꝛaliũ ⁊ opationuꝫ eaꝝ: de quaꝝ numero nõ eſt potentia mãe. Uel eſſet aliqua de humanis delectatiõibus: que ſũt abſurda. ℭ Si aũt diceret ꝙ ſm itellcm̃ ſpeculatiuũ: tunc ſolũ eſſet ens ſubiectiue in intellectu ſpeculatiuo: ⁊ ſic non eſſet ꝑncipium trãſmutatiõis realis: aut trãſmutatio realis materie ad formã nõ eſſet niſi itellectus humanus itelligeret: qð eſt abſurdũ. nã oi hoie doꝛmiẽte adhuc ignis combureret: ⁊ pꝫ ꝯñtia: qꝛ nunꝙ̃ materia trãſmutareꝉ ad foꝛmaꝫ niſi eſſet potẽs recipe eam. Si aũt potẽtia eſſet ſolum enſ apud itellectum. tũc nõ eſſet potẽs recipere foꝛmaꝫ niſi itellectu itelligẽte. q̃re ⁊c. Nec eſt ſil'e de cecitate ad oculum ⁊ de potẽtia materie ad mãm. Naꝫ cecitas non eſt aliqd poſitiuũ de ſe: ſꝫ negatio viſuſ. ⁊ ideo eſſe poſitiuũ ſolũ hꝫ apud itellectũ: ſꝫ potẽtia mãe eſt quid poſitiuuꝫ quo foꝛmalr mã eſt potẽs pꝛeter oẽm actum itellectus humani. ℭ P̃. ens rõnis ſolũ nõ eſt ꝑncipiũ trãſmutatiõis per ſe nãlis: qꝛ nec eſt ꝑncipiũ actiuũ ꝑ ſe hui⁹ trãſmutatiõis: nec diſpoſitio actiui nãlis: qꝛ tũc eſſet in actiuo ipſo nãli: nec eſt ꝑncipium mãle vt manifeſtũ eſt: nec ꝑncipiũ diſpoſitiuũ paſſiui: ⁊ ſic nullo⁹ ens rõnis eſt ꝑncipium neceſſariũ nãlis trãſmutatiõis: ⁊ ſic aut oꝫ dicere ꝙ potẽtia mãe nõ eſt ꝑncipiũ trãſmutatiõis naturalis neceſſariũ: ⁊ ſic mã poſſet trãſmutari naturali tranſmutatiõe ad foꝛmã ſine potẽtia ad eam ꝙ nullus diceret: aut eſt dicẽdum ꝙ ipſa potẽtia materie ad foꝛmam nõ ſolum eſt ens rõnis: ⁊ hoc puto verum. ℭ Ad aliud qð arguiꝉ ꝙ reſpectus realis exigit terminũ entẽ ⁊ realem pꝛeter aiam: põt ꝯcedi. modo foꝛma gñanda in mã lꝫ nõ ſit actu ens in mã: ipſa tñ eſt in potẽtia actiua agẽtis: ⁊ ſic ipſa eſt terminus illius reſpectus qui dr̃ potentia materie. Nõ. n. eſt dubium: quin potẽtia paſſiua referaꝉ ad actiuam ⁊ ecõuerſo: ⁊ ab iſta potẽtia actiua illius agẽtis ipſa potẽtia mãe hꝫ realitatẽ ſuã vt a termino: ⁊ hoc ignoꝛaſſe viſi ſunt illi qui potẽtiã mãe dixerũt nõ eſſe ens reale: ſꝫ ſolũ ens rõnis. Et tu quereſ an materia referaꝉ ad foꝛmã gñandã alia relatiõe ꝙ̃ relatione qua referꝉ ad agẽs. Et dicerẽ ꝙ nõ: qð ꝓbatur: qꝛ ſi mã referꝉ ad foꝛmam gñandã ꝑ aliam potẽtiã quaꝫ hꝫ ad gñans: aut eſt ꝑ potẽtiã actiuã: aut paſſiuã: nõ ꝑ potentiam actiuã: qꝛ certũ eſt ꝙ mã ꝑma nõ hꝫ potentiam actiuam reſpectu foꝛme gñande. vt iam oẽs cõcedunt. Si võ referaꝉ ad foꝛmam gñandã relatione que eſt potentia paſſiua. hoc nõ eſt niſi relatio ad agẽſ: qꝛ potẽtia paſſiua eſt ꝑncipiũ trãſmutãdi ab altero aut inꝙ̃tum al-
T.c.17. teꝝ. 5. metaphy. Dicerẽ g̃ ſaluo melioꝛi iudicio ꝙ mãm hr̃e potẽtiam ad recipiẽdũ foꝛmaꝫ nõ eſt aliud realiter niſi ipſam hr̃e potẽtiã. vt trãſmuteꝉ ab agẽte: ⁊ ſic hmõi reſpectus bene eſt relatio realiſ: cum ipꝫ agẽs ſit qd reale pꝛeter aiam. Et ſic põt ꝓbabiliter dici ad iſtã antiquã dubitationẽ: ſi tñ alias melius viderem non recuſarem. ℭ Ad aliud dubiũ dicũt aliqui ꝙ accidẽtia realia eẽ ſimul ⁊ actu ifinita nõ eſt icõueniẽs in accidẽtaliter oꝛdinatis: ⁊ que poſſunt eẽ in eadẽ loco ⁊ in eodẽ ſubiecto: ſic autẽ eſt de illis potẽtijs: quas hꝫ materia ad foꝛmas in futuꝝ gñandas: ſunt. n. ꝑ accñs intente ⁊ per accidẽſ oꝛdinate. ℭ Sꝫ tunc eſt dubiũ cuꝫ potẽtia materie ad foꝛmam ſit eius relatio ad agẽs. tunc ſimul eſſent infinite po^e adinuicem actiue. Et ad hoc põt dici ꝙ nõ eſt inconueniẽs ifinitos eſſe reſpectus virtutis actiue ad materiaꝫ receptiuã: ⁊ ſic potẽtia materie que eſt ꝙ̃titas naturalis abſoluta eſt vna: relata tñ ifinitis reſpectibus: ſil'r ⁊ virtus actiua pꝛimum alterãtis eſt ⁊ aliqualr vna: ſꝫ hꝫ reſpectus ifinitos ad ipſam mãm: illi tñ reſpectus ⁊ virtus actiua ſub illis reſpectibus exiſtẽs non eſt actu gñans aliquam foꝛmã niſi ſit determinat⁹ reſpectus ad illã mãm ⁊ locum gñationis. ⁊ ideo nõ erũt ſimul infinita ſm actum: ſꝫ ꝙ adiungebaꝉ in dubitatiõe ꝙ nõ ſoluꝫ erunt infinita hmõi accidẽtia realia: ſed plures ⁊ multotiẽs ifinita: eo ꝙ quelibet poꝛtio mãe hꝫ hmõi potentias ifinitas difficile eſt. Et aliquis poſſet dicere ꝙ quãuis quelibꝫ poꝛtio mãe ſit in potentia ad foꝛmas infinitas ſm numeꝝ: nõ tñ ſunt plures po^e infinite ſimpl'r: qꝛ ex oibus illis numeris potẽtiaꝝ ſit vnus numerus ſimpl'r ifinituſ. Sꝫ ſine dubio hoc nõ ſufficit: qꝛ cuꝫ hec demõſtrata poꝛtio mãe fiet in poſteꝝ ſub foꝛmis infinitis ſm materiã: oꝫ ꝙ nũc habeat potẽtiã aliquã ad vnamquãqꝫ illaꝝ. aliter. n. nõ eẽt potẽs recipere eas: ⁊ ſic eẽt impoſ'e recipe. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ reciperet: ⁊ cũ ponaꝉ in poſteruꝫ recipe: ſequiꝉ ꝙ recipiat ⁊ ꝙ nunꝙ̃ recipet: quod eſt impoſ'e: oꝫ igiꝉ ꝙ nũc habeat potẽtiã ad vnãquãqꝫ illarũ foꝛmaꝝ quas in futuro recipet: ⁊ cũ ille erũt infinite ſimpl'r ſequiꝉ ꝙ habeat potẽtiã ad ifinitas foꝛmas: ⁊ cũ ad vnãquãqꝫ hẽat potẽtiã vnã diſtinctã a potentia que ẽ ad aliã: ſequiꝉ ꝙ hec poꝛtio materie demr̃ata ſil' hẽat potẽtias ifinitas ſimpl'r: ⁊ ſil'r ſi nũer⁹ aggregat⁹ ex nũero potẽtiaꝝ hmõi mãe: ⁊ nũero potẽtiaꝝ alteri⁹ mãe: nõ eſt niſi infinitus: ſeqtur ꝙ pars eſt eq̃liſ toti: qð eſt impoſ'e oino: qꝛ dignitas ẽ: ꝙ oẽ totũ eſt mai⁹ ſua pte. g̃ relinquiꝉ ꝙ numer⁹ toti⁹ aggregat⁹ ex numeris potẽtiaꝝ duaꝝ poꝛtionũ mãe ſit maioꝛ ꝙ̃ numerus potẽtiarum vnius poꝛtiõis mãe: hoc aũt iteꝝ eſt iconueniẽs: qꝛ ifinito ſimpl'r nihil eſt mai⁹: ⁊ iã ꝓbatũ eſt ꝙ numerus potẽtiaꝝ vni⁹ poꝛtiõis mãe eſt ſimpl'r ifinitus. ℭ Ad huius difficultatis euaſionẽ accipio ꝙ ſm itentionẽ Ariſto. in qualibꝫ poꝛtiõe mãe demõſtrata ſuccedũt in poſterum foꝛme ifinite numero diuerſe: qð ſic pꝫ. conſtat. n. ꝙ hec poꝛtio mãe nõ poteſt ſubſiſtere ſine oi foꝛma: ⁊ conſtat ẽt ꝙ quecũqꝫ foꝛma ſit in iſta materia: ipſa nõ põt perpetuo exiſtere in ea ſm Ariſt. qꝛ vt ſic coꝛruptibile perpetuareꝉ qð eſt impoſſibile: vt demõſtratum eſt in ꝑmo T.c.ii5.
celi ⁊ mũdi. Hec igiꝉ poꝛtio materie demõſtrata exiſtẽs ſub hac foꝛma: aut aliqñ pꝛiuabitur iſta foꝛma aut nũquam. Si ꝑuabiꝉ iſta foꝛma aut acquiret aliam aut nõ. Si nõ: eſt ꝯtra ꝑmã ſuppoſitionẽ. Si acquiret aliã: tũc aut ſemp ſtabit ſub illa: ⁊ hoc eſt ꝯtra ſcðam ſuppoſitionem: aut non ſemp: ⁊ tunc ſicut pꝛius: iſta coꝛrupta aut nullam aliam accipiet: ⁊ hoc eſt ꝯtra pꝛimã ſuppoſitionẽ: aut recipiet aliã: ⁊ ſic erit q̃ſtio de illa: ⁊ ſic in ifinitũ: neceſſe eſt ſuccedere ſibiinuicẽ in hac demonſtrata poꝛtione materie foꝛmas infinitas: ita ꝙ numerus ſucceſſiuus foꝛmaꝝ idiuidualiũ ſibiinuiceꝫ ſuccedẽtium in hac poꝛtiõe materie eſt ifinitus ſimpl'r ex parte poſt: ſimiliter aũt diceꝉ de alia poꝛtiõe materie: ⁊ eadem rõe: ⁊ ſic habeꝉ ꝙ duo numeri ifiniti ſucceſſiui erũt in materia: ⁊ conſtat ꝙ totus numerus aggregatus ex iſtis duob⁹ numeriſ eſt maioꝛ quodlibet illoꝛum: ſiquidem omne totũ eſt maius ſua parte: ifinito igitur numero ſucceſſiuo foꝛmarum nihil pꝛohibet foꝛe numerum infinitum ma-

ioꝛem: nec aliq̄d etiã ꝓhibet ꝙ plures foꝛme ↄſtituũt nu meros infinitos foꝛmarũ numeralium ſucceſſiuos. Si igit̃ cuilibet foꝛme fiende coꝛreſpondet in p̃ma materia aliquis vnus reſpect⁹ qui eſt potẽtia ad eã: ⁊ alteri⁹ foꝛme generande alter reſpectus: quid pꝛohibet in diuerſis poꝛtionibus mãe: ſil' eſſe ĩfinitas poꝛtiões mãe: ⁊ ſic eẽ ſi mul p̃les nũeros ĩfinitos hmõi potentiaꝝ ſil' exñtiũ: aut ẽt q̄d ꝓhib3 vnũ numeꝝ ĩfinitũ taliũ potẽtiaꝝ eẽ maioꝛẽ alio. ¶ Et cũ dicebat̃ ꝙ plura ĩfinita non ſunt ſil' nec vnũ ĩfinitũ eſt mai⁹ alio. hoc ſine dubio veꝝ eſt de ĩfinito in q̄titate ↄtinua. tale.n. ſi eẽt aliq̄d vnũ ĩfinitũ: illud cõꝑhẽderet totũ: ⁊ extra illõ nihil eẽt: ſ3 de ĩfinito ĩ q̄titate diſcreta accñtal'r oꝛdinataꝝ nihil eſt icõueniẽs ip3 eſſe ⁊ eſſe ſil' plura talia: ⁊ vnũ taliũ põt eẽ mai⁹ alio: q2 nullũ illoꝝ ĩfinitoꝝ totũ compꝛehẽdit q̄ð eſt illius generis. Uel poſſet dici ſatis rõnabil'r ꝙ vn⁹ illoꝝ numeroꝝ nõ eſt maioꝛ ſimpl'r alio nũero. ſicut quãuis in qualib3 linea ſint ĩfinita puncta in potẽtia. vt cõiter dr̃ cũ totũ aggregatũ ex numero pũctoꝝ exñtiũ in vna linea ⁊ numero pũctoꝝ exñtiũ in alia linea nõ eſt maioꝛ nũo pũctorũ que ſunt in vna linea. Et cũ dr̃ ꝙ imo: q2 omne totu3 eſt mai⁹ ſua parte: dr̃ ꝙ vn⁹ illoꝝ numeroꝝ nõ eſt totũ reſpcũ alteri⁹: q2 rõ toti⁹ repugnat ĩfinito: cũ totũ ⁊ pfectũ ſint idẽ. vt p3 ex. 3. hui⁹: ita tñ ꝙ omne totũ ẽ pfectũ:
T.c.64 l3 nõ ecõuerſo. Nullũ aũt ĩfinitũ ſm ꝙ hmõi eſt pfectũ.
T.c.64 vt vult Ari. in. 3. hui⁹. ⁊ ideo vn⁹ illoꝝ numeroꝝ nõ eſt totũ reſpcũ alteri⁹: nec eꝯ. S3 cũ dicebat̃ ꝙ Ariſto. hoc iꝑobat in. 3. hui⁹. Dicit̃ ꝙ ipſe bene demr̃at ibi non eſſe ĩfinitũ ſm magnitudinẽ: ſed de ĩfinito ſm mltitudinẽ nõ videt̃ demr̃are: imo rõ quã ad hoc iducit videt̃ ſolũ eſſe ꝓbabilis. hoc aũt videt̃ eſſe ↄtra itentionẽ Cõmẽtatoris: q2 dicit ſup illã rõnem: ꝙ foꝛte iſta ꝑpõ eſt de genere ꝑpõnu3 per ſe notaꝝ. ſ. ꝙ oĩs numerus eſt per ſe numeratus. ſi g̃ poneret̃ ꝙ aliq̄s nũerus eſt ĩfinitus: tũc ille nõ eẽt numeratus: q̄ð eſt impoſe: ⁊ diceret̃ commẽtatoꝛ: i ꝙ oĩs numerus ſpẽꝝ eſt numeratus: ſ3 nõ o3 de nũero idiuiduoꝝ pciſe accñtal'r oꝛdiatoꝝ ⁊ ſil' potentiu3 exiſtere in eodẽ loco ⁊ eodẽ ſubto: q̄ð dico ad dr̃ia3 nũeri idiuiduoꝝ coꝛpaliũ exñtiũ in diuerſis locis: vt ſoꝛ. ⁊ pla. taliũ. n. idiuiduoꝝ nũerus non põt eẽ actu ĩfinitu3 ſimpl'r: q2 ex eis ↄſtitueret̃ vna magnitudo ſimpl'r ĩfinita: q̄ð eſt impoſe: mõ po ͨ mãe ad foꝛmas futuras ſunt talia indiuidua: q̃ bñ pñt ſil' eſſe in eodẽ loco ⁊ ſubto. ⁊ iõ nihil videt̃ ꝓhibere numeꝝ eaꝝ eſſe ſimpl'r ⁊ actu ĩfinitũ. Ul' dicat̃ q̃ Cõmẽtatoꝛ nõ aſſeruit illã ꝑpõnẽ eẽ ſimpl'r verã: q2 dicit foꝛte. ¶ Aliter dicũt aliq̄ ad dubitatõe3 pꝛĩcipalẽ: ꝙ l3 foꝛme g̃nande eſſent ſimpl'r ĩfinite: ⁊ mã nũc eſt potẽs recipe foꝛmas illas: tñ nõ o3 ꝙ ſimul nunc in mã ſint po ͨ infinite: q2 nõ o3 ꝙ potentia multũ remota ſit alia reſpectu alterius foꝛme ⁊ alterius: imo mã per vnã ⁊ eãdẽ potẽtiã nũero. ſ. p ſubam ſua3 eſt potens recipere oẽs foꝛmas idiuiduales: potẽtia dico multũ remota: nõ g̃ diceret̃ ꝙ mã que nũc eſt h3 aliã potentiã numero ad foꝛmã q̃ g̃nabit̃ in millo ãno a potẽtia ad foꝛmã q̃ fiet poſt quattuoꝛ mille ãnos. Potentie tñ ꝑpinq̃ bñ ſunt diuerſe ad diuerſas foꝛmas: ⁊ iſte etiã ſunt diuerſe a ſuba mãe: ⁊ de iſtis itelligebat̃ ↄcluſio. Et iſte potẽtie ꝑpinq̃ nõ ſunt ſimul in mã: ſed ſibĩuicẽ ſuccedunt vna poſt aliã. Sic igit̃ nõ erũt ſiml' actu ĩfinite potẽtie ĩ mã: nec pluries erũt ĩfinita: nec vnũ infinitũ erit maiu3 alio. Sed iſtud nõ ẽ bene tutũ: q2 ſi potẽtia remota mãe ad foꝛmã quã reciperet in. 300⁰ ãno. eſt oĩo realiter eadem cũ potẽtia remota ad foꝛmã qua3 recipiet in millo ãno necẽ eſſet ꝙ cũ vna illaꝝ reducet̃ ad actũ ſuũ: ⁊ alia reducet̃ ad actũ ſuũ. hoc. n. videt̃ p ſe notũ: q2 cum aliq̃ po ͨ ſunt eadẽ eẽntial'r ⁊ indiuiſibiliter: ſi vna illaꝝ reducat̃ ad actũ ſuum ꝙ ⁊ alia ſil'r reducat̃ ad actum ſuum. igit̃ cum potẽtia materie ad foꝛmã g̃nandam in milleſimo anno ſit eadẽ oĩno cum potẽtia materie ad foꝛma3 g̃nandam in. 300. anno vt tu ponis: ſequit̃ ꝙ cum vna illaꝝ reducat̃ ad actũ ſuũ: ꝙ ⁊ alia reducat̃ ad actũ ſuũ: ⁊ ſic cum g̃nabit̃ foꝛma g̃nanda in. 300. anno: g̃nabitur etiã foꝛma g̃nanda in millo anno: q̄ð eſt ridiculu3. ergo ille potentie remote ſunt diuerſe ad diuerſas foꝛmas generandas: ⁊ ſic redit idẽm quod pꝛius. Jnquire diligenter: quia multum eſt hoc difficile ⁊ clauſum.

**Ad rõnes** p̃ncipales. ¶ Ad p̃mã do3 ꝙ aliq̄d ſubari p poſſe poteſt dupl'r intelligi. Uno⁰ ꝙ reponat̃ in ſuo eẽntiali g̃ne p poſſe. Alio⁰ põt itelligi aliq̄d ſubari p poſſe. i. ꝙ ſuba. ei⁹ cognoſcat̃: modo veꝝ eſt ꝙ illud p̃mũ poſſe eſt de eẽntia eius ⁊ ipſamet eſſentia illi⁹ q̄ð ſubat̃ p poſſe. S3 2⁰ mõ nõ o3. Aliquid. n. cognoſcit̃ p alteꝝ: q̄ð non eſt de eẽntia ei⁹: ſ3 accñs ꝑpꝛium ei⁹: ⁊ ſic materia ſubat̃ p poſſe. i. ſuba ipſius materie intelligit̃ p poſſe ⁊ ipſum poſſe ponit̃ loco dr̃ie ſubalis materie. Jtẽ põt intelligi ꝙ materia ſubſtantiat̃ p poſſe. i. refert̃ ad ſubam pꝛincipal'r dictã p poſſe. ſ. ad foꝛmã: ⁊ hoc mõ veꝝ eſt: nec ſequit̃ pp hoc ꝙ poſſe ſit ei⁹ eſſentia: ⁊ iſtud ẽt dicit ibidẽ cõmẽtatoꝛ ꝙ poſſe quo ſubſtantiat̃ ⁊c. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ ſil'e eſt in hoc: ꝙ ſic pꝛimum agẽs ſic eſt ens actu ꝙ nullo⁰ h3 potentiã receptiuã: ſic p̃mũ patiẽs eſt ens in potẽtia receptiua ⁊ paſſiua ꝙ nullo⁰ de ſe h3 potẽtiã actiuam: ſ3 diſſimile eſt in alio: q2 ſicut pꝛimũ agẽs eſt ens nobiliſſimũ: ⁊ in fine pfectionis ⁊ act⁹ p̃mu3. ⁊ iõ non põt eſſe ſubm̃ alicuiu3 accñtis: q2 tunc ſe hẽret ad ipm̃ aliquo mõ ſicut pfectibile ad ſuam pfectionem: ſ3 ipſum p̃mũ ſubm̃ eſt ſubſtãtia impfectiſſima: ⁊ indiget pfici foꝛmis ſubalib⁹ ⁊ accñtalib⁹. ⁊ iõ ſua potẽtia paſſiua põt eſſe accñs ipſi⁹. ¶ Ad 3ᵐ cũ dr̃. in quolibet g̃ne ⁊c. põt ↄcedi ꝙ in quol3 g̃ne ſube eſt potẽtia. ſ. ſubm̃ potens: ⁊ hec eſt mã pꝛima q̃ eſt in g̃ne ſube tãq̃ pꝛincipiũ intrinſecũ. Uel põt dici ꝙ in quolib3 g̃ne eſſe actu: ⁊ potentia põt intelligi dupl'r. Uno⁰ ꝙ ipſa potentia que eſt reſpectus ad actu3 vel etiã ſubm̃ q̄ð pficitur p actum ſit vl'r in illo genere in quo eſt ipſe act⁹: ⁊ hoc eſt falſum in alijs g̃nibus a g̃ne ſube. Nam ſubm̃ q̄ð pficitur p qualitatem actualẽ non eſt in genere qualitatis ſicut ſubiectum q̄ð pficit̃ p foꝛmam ſubalem eſt in g̃ne ſube. Alio⁰ põt itelligi ꝙ in q̄lib3 genere ⁊c. ita ꝙ illud idem q̄ð eſt actu in aliquo g̃ne aliq̃n fuit in potẽtia ⁊ eꝯ: ⁊ ſic veꝝ eſt. Nã illa eadẽ q̄litas que mõ actu eſt ĩ g̃ne qualitatis fuit aliq̃n ens in potentia: ita ꝙ ad eã fuit aliq̄d in potentia aliq̃n. Sil'r aute3 ⁊ in alijs hmõi: tñ potẽtia nõ eſt in g̃ne q̄litatis: ⁊ ſic eſt veꝝ: ita ꝙ potẽtiã ĩueniri in alijs g̃nib⁹ a ſuba nihil aliud eſt q̃ aliud eẽ in potẽtia ad rẽ illius g̃nis: q̃ tñ potẽtia nõ eſt de alio genere tãq̃ p̃ncipiũ eẽntiale itrinſecũ. ⁊ iõ non v3 illa rõ.
¶ Ad 4ᵐ ↄcedo maioꝛẽ ⁊c. Et cũ dr̃ ꝙ i eternis ⁊c. dico ꝙ illa ꝑpõ. in eternis nõ differt eẽ ⁊ poſſe: o3 ſic itelligi. ꝙ in eterno ſm ꝙ eternũ eſt: nõ eſt p̃us tpe ip3 poſſe eſſe q̃ eſſe: q2 tũc non eſſet eternũ. illud. n. ꝙ p̃us tpe pt eſſe q̃ ſit: pꝛius tpe eſt non ens q̃ en3 ſit: ⁊ hoc eterno repugnat. in eterno igit̃ non differt eẽ ⁊ poſſe: hoc eſt ꝙ ñ pꝛiu3 tpe põt eſſe q̃ ipſum ſit: ſed non o3 ꝙ in eterno nõ differat poſſe ab ipſo eſſe: ita ꝙ oẽ ſuũ poſſe ſit idem cũ illo eſſe ad q̄ð eſt poſſe: ſicut ſol ſm ſuã ſuba3 eſt etern⁹. ⁊ ideo ſuba eius non pꝛius potuit eſſe q̃ fuerit: ⁊ tñ aliq̄ð eius poſſe differt ab aliquo eius eſſe: poſſe. n. eſſe in oꝛiente differt ab eſſe in oꝛiente: q2 dicimus dum eſt in occidẽte põt eſſe in oꝛiente: ⁊ tñ non eſt ibidem: ſimili- T.c.16.

ter eſt in ꝓpoſito.cum.n.ſuba materie ſit eterna nūq̄ pri
us potuit eē mā ꝙ fuerit mā:tñ nō ſequiť ꝙ oē poſſe ꝙ
ipſa hꝫ ad aliqđ eſſe ſit penitus idē cum illo eſſe. ¶ Ad
5m dōm eſt ꝙ non eſt ꝓceſſus in infinitū.Et cū dicebať ſi
poa materie eſt accñs.tunc materia erit in poa ad illud
accñs.Dico ꝙ poa dr̄ dupl'r.vt ad pñs ſpectat.Uno mō
ꝓprie ꝓ poa ad actū:⁊ ſic non oꝫ ꝙ oē ſubꝫ ſit in poa ad
ſuū accñs:ſꝫ ſolum ad accñtia ſepabilia q̄ de nouo acq
runť in ipo.Alio° ſumiť poa large ꝓ non impotēte hñdi
aliqđ.vt ſoꝛ.ſedens pōt ſedere.i.non eſt impoſe ſedere:
⁊ talis poa non eſt q̄d aliud ſimpl'r a ſubiecto ⁊ ab actu
ei9.ſic aūt eſt ipſa mā in poa ad ſuam potentiā.ſ.q2 non
repugnat ei hēre eam:ſꝫ non eſt in potētia ad ſuā potē
tiam:ꝑmo mō quare nō vꝫ illa rō. ¶ Ad 6m dōꝫ ꝙ po
tentia ipſa māe pōt cōparari ad ſubaꝫ ipſi9māe prime:
⁊ ſic ipſa hñ eſt q̄dam act9accñtalis imꝑfectus:vel pōt
cōparari poa ipſa ad illud ad qđ eſt poa:⁊ ſic nō ē actuſ
vt potentia materie ad foꝛmā ignis nō eſt foꝛma nec ac
tus ignis.ſil'r aūt ⁊ in alijs.Uerꝫ eſt tñ qđ eſt in poa pu
ra.i.ſubm̄ pure potens:nō eſt aliquis actus nec ſubalis
nec accñtalis. ¶ Ad 7m dōm ꝙ foꝛaꝫ ſubalē vniri ime
diate materie prime pōt dupl'r intelligi.Uno° imediate
ꝑ ꝑuationē ois medij ⁊ ois cāe tam principalis ꝙ diſpo
ſitiue:⁊ hoc puto ipoſe:imo q̄libet foꝛma ſubalis reqrit
aliqs diſpōnes mediātib9 q̄b9 vniať ipſi materie. Alio°
pōt intelligi foꝛmā ſubalem vniri imediate ipſi materie
prime ꝑ remotionē medij principalis:cui.ſ.vniať princi
pali9 ꝙ māe ⁊ ꝙ pncipali9 ſubſtet foꝛme ꝙ mā:⁊ h eſt ve
riſſimū.pncipale.n.ſubm̄ retinens foꝛmā ſubalē eſt ipſa
eſſentia materie:⁊ ipſa foꝛma eſt ei9actus pꝛio:⁊ prima
pfectio primitate pꝛīcipalitatis:eā tñ pcedūt mlte ꝑpa
ratiōes oꝛdine gñationis pcipue foꝛma mixti pfecti.vt
als videbiť ſi de9voluerit. ¶ Ad 8m nego ꝯñtiā ⁊ cū dr̄
ꝙ ex mā ⁊ foꝛma ⁊c.Dico ꝙ ex mā ſꝫ ꝙ eſt in poa.i.ſm
ꝙ eſt ſubm̄ potēs ſit vnū cū foꝛma:ſꝫ nō ſm ꝙ eſt in po
tētia.i.ſm reſpcm̄ ad ipſam foꝛmā.ipſe.n. reſpect9 māe
ad foꝛmā non eſt pꝛīcipalis cā vniōis ⁊ vnitatis māe ad
ipaꝫ foꝛmā:ſit ḡ vnū ex mā ⁊ foꝛma:ſꝫ ꝙ foꝛma ē act9
⁊ mā eſt poa.i.ſubm̄ potens ⁊ nullū actū de ſe hñs:⁊ ſic
itelligēdū eſt illud dcm̄ Ariſ.⁊ Cōmen.hñ tñ ꝯcederem
ꝙ ſicut foꝛma ſubalis pficiens materiā lꝫ ſit agens pꝛīci
pale vel principalis rō agendi:tñ nō agit niſi mediante
aliq̄ q̄litate naturali actiua q̄ eſt ei9diſpō ad agendū vt
oēs ꝯcedūt:⁊ ſic ēt materia q̄ ē pꝛīcipale receptiuū vel
pꝛīcipalis rō recipiēdi ñ recipit niſi mediāte aliq̄ q̄litate
naturali paſſiua q̄ eſt ei9diſpō ad recipiēdū:⁊ iſta potē
tia paſſiua.ſ.q̄litas naturał diſponēs ad receptōeꝫ hꝫ i
ſe quēdā reſpectū mō pdicto ad foꝛmā:⁊ hmōi accñtia
hñ ſūt in toto cōpoſito ex materia ⁊ foꝛa.pꝛio tñ primi
tate gñatiōis iſunt rōne materie:lꝫ pꝛīcipalr via ⁊ oꝛdi
ne pfectōis reſpiciant ipſaꝫ foꝛmā q̄ eſt finis materie:⁊
oiuꝫ motuū ⁊ diſpōnū māliū pcedētiū ipaꝫ. vt ſatis ha
beť ex 2° hui9:⁊ ſic dcm̄ ſit ad q̄onem. Qō.XXVI.

T.c.26. AD meliorē intellectū hui9q̄ōnis q̄riť vtꝝ
mā i ſe hēat potētias iſinitaſ ſl'r. ¶ Et ar
guit ꝙ nō:q2 cū poe māe ſit enſ reale pter
itellectum vt patuit prius.ſequitur ꝙ ex
tra animam ſimul eſſent entia infinita:qđ
videtur valde abſurdum.quare ⁊c.

Oppoſitum argr̄:q2 mā hꝫ potētiaſ ad pl'es
foꝛas:aut ḡ ad foꝛas finitaſ aut
ad iſinitas.Si ad finitas.ḡ illis receptis vł finitis ⁊ ha
bitis ñ eēt apl'i poa ad als foꝛas:⁊ tūc vł coꝛrūpeť mā
illa:qđ ē ipoſe vł ñ eēt apl'9receptiua foꝛe:qđ ēt ē ipoſe:
Si āt hꝫ potētiā ad foꝛas iſinitas ſeqtur ipaꝫ hr̄e infi-
nitas poaa:cū numer9potētiaꝝ māe ſit ſm numeꝝ foꝛ
maꝝ ad quas hꝫ potentiā vt omnes ꝯcedūt. quare ⁊c.

Ad euidentiā q̄onis pmitto aliq̄. Pꝛio ꝙ
materia pꝛima nō pt ꝑ ſe ſine
alia foꝛa ſubſiſtere:⁊ h pulchꝛe ⁊ pfecte demrat Ari.in
pꝛio ð gñatōe ⁊ coꝛruptōe.⁊ Cōmē.i.2°.hui9:q2 ſequeť T.c.29. Com.ū.
ꝙ ens pure i poa de ſe eēt ens actu:⁊ ſic eēt ens actu ⁊ ñ
eēt ens actu:qđ ē oppom prime dignitatiſ.Et ꝯñtia pꝫ:
q2 oē qđ ſubſiſtit diſtinctū ⁊ ſeparatū ab q̄cūq3 alio eſt
ens actu de ſe.Si igiť materia pꝛia eēt ſꝫ ſe ipaꝫ ſepata
⁊ diſticta ab oi foꝛa:ſꝫ ſubſiſtētiā ipa de ſe eēt ens actu.
¶ 2° ſuppono ꝙ materia ñ pt eē ppetuo ſub vna foꝛa
idiuiduali:q2 tūc ſeq̄reť ꝙ coꝛruptibile ſimpl'r eēt ppe
tuū.nā oē compoſitū ex materia ⁊ foꝛma idiuiduali ſal
tē hñte ꝯꝛiū ē coꝛruptibile de ſe:⁊ hoc oēs ꝯcedūt.Si
igiť illð cōpoſitū ex materia ⁊ foꝛa idiuiduali ē coꝛru
ptibile ð ſe.ḡ ſi materia ppetuo ſtaret ſub illa foꝛa illð
coꝛruptibile eēt eternū:qđ ē ꝯ naturā.ſic dm̄ratū ē i pꝛi
mo celi ⁊ mūdi. ¶ 3° accipio ꝙ materia pꝛia accipiet i T.c.iis.
futuro foꝛas iſinitas numero ſaltē ſucceſſiue:alr̄.n.gña
tio nō ppetuareť:ſꝫ deficeret:qđ eſt impoſe ſm Ariſ.in
2°.de gñatiōe.⁊ in pꝛio.Et ꝓbať iſta ſuppō ex pmiſſis: T.c.59.
q2 materia q̄ nūc ē ſub aliq̄ foꝛa aut ppetuo hēbit eadē T.c.17.
aut nō.Si primū deť h eſt ꝯ ſuppōnē 2am.Si deť 2m.h
.ſ.ꝙ illa foꝛma coꝛrumpeť.tūc aut materia recipiet aliā
foꝛaꝫ aut nullā.Si nullā tūc erit materia ſine oi foꝛma
idiuiduali:qđ ē impoſe.vt pꝫ ex prima ſuppōne.Si ma
teria recipiet aliā foꝛaꝫ.tūc q̄reť de illa an ppetuo erit
in materia aut nō:⁊ ſic ſic prius:opoꝛtebit ergo ꝯcedeř
ꝙ ſemp poſt q̄lbꝫ foꝛmā recipiat aliā in iſinitū: ⁊ hoc
eſt qđvolum9. ¶ 4° accipio ꝙ materia nūc hꝫ potētiaꝫ
ad q̄cūq3 foꝛaꝫ quā recipiet in futuro:qđ ſic pꝫ:q2 ſi ma
teria in milleſimo anno aliquā foꝛam recipet:aut nunc
hꝫ potētiam ad illā aut nō.Si hꝫ potentiā habeť ꝓpo
ſitū.Si nullam hꝫ potētiam ad eam recipiēdā.ergo nō
eſt potēs recipe eaꝫ:⁊ ſic nunc eſt impoſe recipere eam:
⁊ poniť ꝙ recipiet eā:q̄re q̄nq3 recipiet illð qđ eſt impoſ
ſibile recipere:qđ eſt abſurdū.Sicut.n.illud qđ nunc eſt
impoſe moueri nunq̄ mouebiť.ſic oino illud qđ eſt im
potēs recipe aliqđ nunq̄ recipiet illud. ¶ Quinto ſup
pono ꝙ materia reſpectu alterius ⁊ alteri9foꝛme habꝫ
aliā ⁊ aliā potētiā.Nā alia eſt poa materie ad foꝛmam
quā recipiet in.400.āno a potētia materie ad foꝛmam
quā recipit in milleſimo āno:⁊ hoc eſt ſatis planū cuili
bet ſani capitis.Nā ſi eēt penit9eadē potentia:⁊ nullo°
diuerſa ad foꝛmā quā recipiet in.3000.āno futuro ⁊ ad
illam quā recipiet in milleſimo āno anq̄ vna iſtaꝝ po
tentiaꝝ reduceret ad actū ſuū:⁊ alia reduceret ad ſuuꝫ
actū.Et ſic cū materia recipet foꝛmā in.3000.anno re
cipet ſimul foꝛmam quam pōt recipe in.30000.āno:qđ
eſt ridiculum.oꝫ igiť ꝙ alia ſit potētia materie ad aliaꝫ
⁊ ad aliam foꝛmā:aliter.n.cum reciperet vnam foꝛmaꝫ
ſimul reciperet omnes quas poſſet recipere.

Ex his dico ad q̄onē ꝙ materia pꝛia nūc hꝫ
potētias iſinitas ad foꝛmaſ iſi
nitas idiuiduales.Qđ ſic ꝓbať:ſi pꝛia materia recipiet
in futuro iſinitas foꝛmas neceſſe eſt ipſaꝫ nūc hr̄e potē
tias infinitas:hoc pꝫ ex duab9ſuppōnibus: quaꝝ pꝛia
dicit ꝙ materia nūc hꝫ potētiā ad quālibet foꝛmaꝫ quā
recipiet in futuro.Alia eſt ꝙ ad diuerſas foꝛmas hꝫ di
uerſas potētias vt oñſum eſt:ſed ipſa materia recipiet
in futuro foꝛmas infinitas.vt ꝓbatū eſt.q̄re ⁊c.Et ſi di
cas.ergo poe quas hꝫ materia ad foꝛmas ſunt ignote:
dico ꝙ verum eſt quātum ad numerum determinatum
oium talium potentiaꝝ.i.ꝙ nō eſt notus nūerus deter-

minatus oiuꝫ taliū potētiaꝝ:tñ hoc nō obſtante nota eſt q̄ddicas po^e^ materie ad formā ⁊ ei⁹ diuerſitaſ a ſuba materie ⁊ multa talia. ¶ Sołōnes aūt difficultatū circa iſtā poſitionē ꝯtingētiū reqras in alia qōne ꝓcedēte iſtā:q2 hic iſtā poſitionē ñ ꝓ alio reſumpſi niſi vt manifeſtarent hypotaſes ex qb⁹ iſta ꝯclo ꝯfirmat ⁊ demonſtratur. Et ſic de illis ꝯſidera diſtictionem po^c^ in po^am^ ꝓpinquam ⁊ remotam:⁊ forte inuenies alio° eſſe dicendū. Similr̄ ꝯſidera de priuatione alicuius forme in materia q̄ poteſt corrūpi ſine eo ꝙ illa forma gñet.ſ.ꝑ corruptōeꝫ forme quā ꝯſeqtur illa priuatio:⁊ tñ mā adhuc remāebit priuata illa forma priuatōe alia ꝯñte aliā foīaꝫ ⁊c.

¶ Exiſtente quodam diuino optimo ⁊ appetibili: Aliud quidem contrarium eſſe ipſi dicimus: Aliud autem eſt aptum natum appetere: ⁊ deſiderare ipſum ſecundum ipſius naturam ⁊c. Textu com. LXXXI. Qō. XXVII.

Querit hic vtꝝ materia appetat foīaꝫ. vr̄ pzio ꝙ ñ:q2 aut appeteret eā appetitu nāli aut appetitu aīali. Nō appetitu naturali:q2 iſte ꝯſeqtur foīaꝫ naturalē:vt appetit⁹ nālis ipſi⁹ grauis ad vbi deorſū:nec appetitu aīali:q2 appetit⁹ aīalis nō ē niſi i aīalib⁹. ſic nālis in nālibus. ¶ Itē 2° ſicut ſe hꝫ forma ad materiaꝫ ſic ſe hꝫ materia ad formam ꝑ ꝯuenienteꝫ ſilitudinem. Sꝫ forma non appetit materiam. g̊ nec eꝯ. ¶ Item 3° ſi mā appeteret formā:aut hoc eſſet:q2 ſil' intēderet plures formas hr̄e:⁊ ſic intenderet ⁊ appeteret impoſſibile:aut quia caret omni forma:⁊ ſic eſt impoſſibile. vt pꝫ ex dictis:aut quia eſſet faſtidita dicta forma quam habet ⁊ hoc eſt inconueniens:quia nullum perfectibile eſt faſtiditum ſua perfectione. quare ⁊c.

¶ Oppo^m^ argr̄ auc̄te Ari. i lr̄a. ⁊ auc̄te Cōmen. ibideꝫ.

Intelligēdū eſt ꝙ duplex eſt appetitus. ſicut dicit Commē. in cōmento hui⁹ ptis. Eſt. n. appetit⁹ nālis ⁊ eſt appetit⁹ aīalis. Appetit⁹ nālis eſt iclinatio ꝯñs nām rei ad aliquā ꝑfectionē ipſi⁹ ſicut graue dr̄ appetere eſſe deorſum:eo ꝙ q̄dam aptitudinē ⁊ iclinationē hꝫ ad eē deorſum tanq̄ ad ſuā ꝑfectionē naturalē. ſilr̄ āt ⁊ i alijs. Appetit⁹ tñ aīalis aliqñ ſumit ꝓ actu: aliqñ ꝓ po^a^. Actus aūt q̄ dr̄ appetitus aīalis ē iclinatio ꝯñs cognitionē exñtē in aīali qua cognoſcit aliq̄d eſſe bonū vel malū: cū. n. aīal aliq̄d iudicat ſibi eſſe bonū ⁊ ꝯueniēſ:ſtatim iclinat ad ꝓſequēduꝫ illō: ⁊ mouetur ad ꝓſequendum illud niſi aliq̄d ꝓhibeat. Cū aūt iudicat eſſe malū ſtatim iclinat ad fugiendū ⁊ euitādū illud:⁊ hmōi cognitiones ſequētes cognitionē ſenſitiuā vocant paſſiones. Appetit⁹ autē aīalis ſm ꝙ dicit potētiā eſt v̓tus naturalis aīe q̄ recipit hmōi inclinationē ſeu paſſionē: cui⁹ ſubdiuiſioneꝫ relinquo ad preſens: quia pertinet ad 3^m^ de anima:⁊ ad 2^m^ ethicoꝝ ⁊ 6^m^.

¶ Tūc dico ad qōnē tria. Pzio ꝙ materia pzia appetit foīaꝫ:q2 vnūqōq3 ꝑfectibile appetit ſuā ꝑfectionē: ꝑfectio. n. vniuſcuiuſq3 ē ei⁹ bonū: vnūqōq3 aūt appetit ſuū bonū. vt pꝫ pzio ⁊. io. ethi. ſꝫ materia eſt q̄d ꝑfectibile ⁊ ei⁹ ꝑfectio eſt forma vt māifeſtū eſt. q̄re ⁊c. ¶ 2° dico ꝙ materia ñ appetit foīaꝫ appetitu aīali:q2 ñ cog̊ſcit formā. tūc. n. oīa mālia nālia cognoſcerēt: qō ē ridiculum: Et ex h̄ ſillogiça. ¶ Tertio dico ꝙ mā appetit formā appetitu nāli:q2 qō appetit aliq̄d ⁊ ñ appetit illō appetitu aīali appetit illō appetitu nāli: ꝓcipue ſi illud appetēs ſit res nālis aut nā: ſꝫ mā appetit formam vt oñſum ē. ⁊ nō appetit eā appetitu aīali. vt iā ꝓbatū ē. quar̄ ⁊c. ¶ P. illō qō ꝑ ſui naturā ꝓncipalr̄ iclinat ad aliq̄d tanq̄ ad ſui ꝑfectionem appetit illud appetitu nāli: ſed mā eſt hmōi reſpectu forme. vt pꝫ ex dictis. ipa. n. eſt de ſe ens i pura potētia paſſiua ad foīaꝫ:⁊ ſic ē ꝑfectibiliſ ꝑ eā. q̄re ⁊c̄. ¶ Sꝫ aliqs dubitaret ꝯ demōſtratōeꝫ ꝓme ꝯcluſionis:q2 ſi mā appeteret formaꝫ:⁊ eo ꝙ eſt perfectibilis ꝑ ipſaꝫ tūc cū ipſa nō ſolū hēat vt ſit perfectibilis qñ actu mouet ad formā: ſed ēt an̄q̄ moueat ad formā non ſolū appetit formā cū mouet ad eam: ſed ēt an̄q̄ moueat ad eā: hoc aūt videt eſſe ꝯ vnū dcm̄ cōmētatoris:q2 dicit ꝙ appetitus materie ad formā eſt illud qō hꝫ mā de motu ad formā: mō materia nihil habꝫ de motu ad formā niſi cū actu mouet ad eā. igit ſolū appetit formā dū actu mouet ad eā: qō nō eſſet ſi appeteret formā: eo ꝙ eſt ꝑfectibilis per eā. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē querit an appetit⁹ māe ad formā ſit idē cū ei⁹ potētia ad eā aut q̄d aliud ab ea. ¶ Ad ꝓmū dico ꝙ mā nō ſolū appetit formā cū actualiter mouet ad eā: ſꝫ ēt an̄q̄ actualiter mouet ad eā: eo ꝙ tunc ē imꝑfecta ⁊ apta ꝑfici. ¶ Et ad dcm̄ ꝯmētatoris dico ꝙ poſſet duplr̄ intelligi. Uno mō ꝙ appetitus materie ad formā ſit illud qō hꝫ mā de motu ad formā. i. aliq̄ pars motus ad formā: ⁊ ſic eſſet veꝝ ꝙ tūc ſolū appeteret formaꝫ cū moueret actu ad eā. Alio modo pōt intelligi ſic ꝙ appetitus māe eſt illud qō hꝫ mā ⁊c̄. i. quedam idoneitas ⁊ quedā ordinatio māe ad formaꝫ: que eſt principiū quodāmodo mot⁹ naturalis ad ipſaꝫ formā inq̄ tū ſine tali idoneitate mot⁹ māe ad formā non eſſet nālis: ⁊ ſic ē verū: ⁊ iſtā idoneitatē habet mā anteq̄ actu moueat ad formā. Uel aliter pōt dici. ſ. ꝙ ꝯmētator intelligit de mā vt eſt accepta in loco ꝓpinquo gñatōis alicuius forme. tūc. n. appetit illā determinate: ⁊ iſte appetitus eſt aliq̄d iſtius motus ad iſtā formā. ¶ Ad aliō dico ꝙ appetit⁹ māe ad formā nō eſt oīno aliō ab ipſa ei⁹ potētia: ſꝫ forte differt ſm rōnē ⁊ modū: q2 dr̄ potētia māe reſpcū potētie actiue agētiſ: ⁊ dr̄ appetit⁹ rōne q̄ eſt ad formā tanq̄ ad ſuū bonū: ad formā dico vt eſt in po^a^ actiua agentis.

Ad primū argumentuꝫ dico ꝙ mā appetit formā appetitu nāli: ſed iſte non ſolum ꝯſequit formā: ſꝫ quācūq3 nām iclinatā ad ꝑfectiōeꝫ: verū eſt ꝙ in entib⁹ actu appetit⁹ nālis bñ ꝯſequit ipſā formā: ſꝫ in entib⁹ potētialib⁹ ſicut eſt itell's poſſibilis ⁊ mā ꝓ^a^ bñ ꝯſequit ipſaꝫ nāꝫ ꝑfectibilē. ¶ Ad 2^m^ dico ꝙ ſile eſt in h̄: q2 ſicut forma nō exiſtit ſine mā: forma dico que nata eſt vniri māe: imo ſeparatio ei⁹ a mā ē ſua corruptio: ſic mā nō pōt eē ſine forma. vt dcm̄ fuit pri⁹: ſed diſſimile eſt in hoc ꝙ mā nō eſt ꝑfectio dās eſſe forme: ſicut ipſa forma eſt perfectio dans eſſe māe. ¶ Ad 3^m^ dico ꝙ nō eſt ſufficiēs diuiſio: q2 ipſa mā appetit formā ꝓ tanto: q2 ens in potētia eſt ꝑfectibile per eaꝫ: quātūcūq3. n. mā ſit actu ſub aliqua forma non remouetur ꝓpter hoc ab ea quin ipſa ſit q̄tū eſt de ſe in po^a^ ad alias quibus nata eſt ꝑfici. ⁊ iō eas appetit vt formalr̄ ꝑficiat eis. ¶ Sꝫ aliq̄ ſatis rōnabilr̄ dubitāt cū forma hoīs ſit forma ꝑfectiſſima qua nata eſt ꝑficere mām vt ſupponūt q̄re mā exiſtens ſub forma hoīs appetit alias formas. ¶ Et dōm ꝙ lꝫ forma hoīs ſit perfectiſſima formaꝝ mālium: q2 tñ ipſa nō dat māe oīa eē ſubſtātialia que ſunt ab alijs formis mālibus ⁊ ipſa mā non pōt ſtare ꝑpetuo ſub forma humana. iō ad hoc mā hꝫ aptitudinē ad alias ⁊ eas appetit appetitu naturali. Melius eniꝫ eſt ipſam ſucceſſiue eſſe ſub formis omnib⁹ q̄ ſolū eſſe ſub forma humana. In omnibus autē natura deſiderat qō melius eſt. vt Ariſtote. dicit in ſecūdo de generatione. Si igitur eſſet poſſibile mām eſſe perpetuo ſub forma hoīs: forte non appeteret eſſe ſub alijs: ſꝫ quia hoc nō eſt poſſibile. ideo relinquitur in materia exiſtēte ſub vna forma hominis T. c. 59.

appetitus ad alias formas.

Queſtio. XXVIII.

Jrca ꝯmentū huiꝰ ꝑtis q̄ritur vnū. Utꝝ priuatio ſit cā appetitꝰ mãe ad formã. Et argr̄ p̄mo ꝙ nō: qꝛ nō ens nō eſt cā entis: ſꝫ p̄uatio eſt non ens: appetitus autē eſt aliqȯ ens vt manifeſtū eſt. q̄re ⁊c. ¶ Jtē 2° appetitus ipſius materie ad formā eſt naturalis iclinatio ipſiꝰ materie ad formā. vt priꝰ dcm̄ eſt: mō p̄uatio non eſt cā talis iclinationis ad formā: qꝛ cū adueniente forma corrumpat p̄uatio ipſa vtiqꝫ p̄uatio eēt cā iclinationis ad ſuaꝫ corruptionē: qȯ vr̄ iconueniēs. ¶ Jtē 3° aut eēt cā materialis aut efficiēs aut finalis aut formalis. Nō cā materialis: qꝛ ip̄a ſuba materie eſt huiꝰ cā materialis. vt pꝫ ex dictis: nec cā formalis: qꝛ forme non eſt forma ⁊ ipſe appetitus materie eſt q̄dā forma ſaltem accñtalis. Nec ēt eſt efficiēs: qꝛ non ens non efficit aliqd. oē. n. efficiens
T.c.55. eſt mouens. vt pꝫ in p̄mo de gñatione. ſemper aūt exiſti
T.c.18. mabit ſpēs aliqua mouens. in 3° huius: nec cā finalis. ſ. qꝛ finis eſt qd bonum priuatio aūt nō eſt qd bonum cū opponat diuino optimo ⁊ appetibili. vt pꝫ hic: ⁊ ſic nō eſt pp finem bonū. q̄re ⁊c. ¶ Jtem 4° materia appetit formā ſm ipſius naturā. vt Ariſt. dicit in lr̄a. Sꝫ priuatio non eſt natura ipſius materie. vt manifeſtum eſt: quare materia non appetit formam ſm priuationem.

Com.81. Oppoſitū arguit auctoritate ꝯmētatoris: qui dic ꝙ p̄uatio exñs in mā eſt cā deſiderij naturalis qȯ hꝫ materia ad formam. Et iſtud vr̄
T.c.81. ſentire Ari. in lr̄a vbi dicit ꝙ mā non appetit ſui ipſius ſpēm pp non eſſe indigens. ergo vult ꝙ non indigentia eſt cauſa non appetendi: ⁊ ſic per oppoſitū indigentia ē cauſa appetendi: qꝛ ſicut negatio eſt cauſa negationis ⁊ affirmatio eſt cauſa affirmationis. primo poſteriorum: indigentia autem eſt idem quod priuatio. quare ⁊c.

Intelligēdum eſt ꝙ duplex ē modus cauſe q̄tū ad ꝓpoſituꝫ ſpectat: q̄daꝫ. n. eſt cā principalis: ⁊ q̄dam eſt cauſa diſpoſitiua: ⁊ diuerſitas hec reducit ad illam diſtinctionem: ꝙ quedā
T.c.32. eſt cauſa prior ⁊ quedam poſterior quam ponit Ariſt.
T.cō.3. 2° huius. ⁊ 5. metaphy. cauſa. n. principalis eſt cauſa prior ⁊ cauſa diſpoſitiua eſt cauſa magis poſterior.

¶ Tūc dico ad q̄ōnē duo. Primo ꝙ priuatio nō eſt cā principalis appetitꝰ materie ad formā: qꝛ illȯ qȯ non ē ꝑfectibile ꝑ formā non eſt principalis cā ſubiectiua appetitꝰ materie ad formā. hec ē maifeſta. nā p̄ncipalis cā ſubiectiua appetitꝰ materie ē illȯ qȯ recipit illā formaꝫ tāq̄ ſuā ꝑfectionē: ſꝫ iſta priuatio nō ꝑficit ꝑ formaꝫ. vt manifeſtū eſt. quare ⁊c. ¶ Scḋo dico ꝙ priuatio eſt cā diſpoſitiua appetitus materie ad formaꝫ: qꝛ illud qȯ neceſſario req̄rit in materia ad hoc vt appetat formā ⁊ ñ eſt cā principalis ipſiꝰ appetitꝰ vr̄ eſſe cā diſpoſitiua. Sꝫ priuatio neceſſario req̄rit in materia ad hoc ꝙ appetat formā. nūq̄. n. mā appeteret ꝓprie formā niſi careret ea ſaltē appetitu: q̄ ſit principiū motꝰ ad formā. Nā mā ñ mouet ad formā quā hꝫ. vt māifeſtū eſt. ⁊ dicit ph̄s pri
T.c.55. mo de gñatiōe. q̄re ⁊c. Eſt ḡ itentio Ariſto. circa hoc ꝙ materia priuata aliq̄ forma appetit illā vt ꝑficiat ꝑ eaꝫ: non ꝙ ipſa priuatio appetat formā: qꝛ nihil appetit ſui ipſiꝰ corruptioneꝫ: priuatio aūt corrumpit p̄ñte forma: ſed ipſa materia ſubiecta priuationi ē q̄ appetit formā.

Ad primā rōnē dico ꝙ nō ens non eſt pricipal' cā entis: ſꝫ nō ens pōt eē cā diſpoſitiua alicuius entis: vel cā ſine qua non. Et cū dr̄ ꝙ priuatio ē non ens: dico ꝙ ipſa nō eſt ens poſitiuū: tñ bene ē ens priuatiuū: priuationes. n. ⁊ negationes entia dicimꝰ
T.cō.6. 8° meta. ¶ Ad 2m dico ꝙ priuatio bñ eſt cā diſponens māꝫ ad iclinationeꝫ nāleꝫ ad formā: ⁊ iſta iclinatio non eſt deſtructio p̄uationis: ſꝫ bñ veꝝ eſt ꝙ iſta iclinatio eſt ad aliqd ad qȯ ꝯſequit remotio p̄uationis. ſ. ad formā. vñ bñ ꝯcedēdū eſt ꝙ p̄uatio diſponit mām ad iclinationē ad ſuā corruptionē: ſꝫ forte non ꝑ ſe: ſꝫ ꝑ accñs. accidit. n. forme ꝙ ſit corruptio vel ꝙ eā ſeq̄tur corruptio p̄uationis, ꝓut p̄uatio diſponit ad eiꝰ appetitū. ¶ Ad 3m dico ꝙ eſt cā mālis diſpoſitiua: ñ p̄ncipalis: ⁊ hoc nō eſt iconueniens. ¶ Ad 4m ſilr̄ pt̄ dici ꝙ mā appetit ſm ſui nām p̄ncipalr̄: ſꝫ diſpoſitiue ꝑ p̄uationē: vl' dico ꝙ ī illo v̄bo Ariſto. ly. ipſiꝰ non refert nām mãe ſꝫ p̄uationē. cū . n. dixiſſꝫ ꝙ ē qȯdā diuū optimū ⁊ appetibile. Subdit aliud qȯ ꝯ̄triū ipſi eſſe dicimꝰ. ſ. priuationē. aliȯ aūt aptū natū deſiderare ſm ipſiꝰ nām. ſ. ſm nām ipſiꝰ p̄uationis. Sꝫ ſine dubio credo ꝙ meliꝰ eſt ly. ipſius referat materiaꝫ: tū qꝛ p̄uatio ꝓprie nec eſt nā nec hñs naturā: tuꝫ qꝛ meliꝰ eſt Ari. ponere cām p̄ncipalem appetitus materie ad formā q̄ diſpoſitiuā: ſꝫ de hoc non eſt magna vis faciēda: dūmō h̄ ſit declaratū ꝙ p̄uatio aliq̄lr̄ hēat ingreſſum in gñatione: vt dicit Cōmenta. ⁊ ſit aliqualr̄ cā ⁊c̄.

¶ Corrumpitur autem ⁊ fit: eſt quidem vt ſic: eſt autem vt non: ſecundum quidem eniꝫ quod eſt in quo ſecundum ſe corrumpitur: quod eniꝫ corrumpitur in hoc eſt priuatio: inquantum autem ſecundum potentiam non per ſe: ſed incorruptibilem ⁊ ingenitam neceſſe eſt eſſe ip̄aꝫ. ⁊c̄.

Tex. com. LXXXII. Qō. XXIX.

Hic q̄rit vtꝝ materia pria ſit ꝑ ſe corruptibil' ⁊ gñabil'. Et arguit p̄mo ꝙ ſic: qꝛ illȯ qȯ eſt ꝑs compoſiti ꝑ ſe gñabilis ⁊ corruptibilis ē ꝑ ſe gñabile ⁊ corruptibile. hec vr̄ eē māifeſta. Sꝫ mā p̄ma ē hmōi. ḡ ⁊c. ¶ Jtē 2° illud ꝑ qȯ alia ſt̄ gñabilia ⁊ corruptibilia eſt ꝑ ſe gñabile ⁊ corruptibile. nā pp qȯ vnūqȯqꝫ tale ⁊ illȯ magis. primo poſterioꝝ: ſꝫ ꝑ materiam T.c.81.
alia ſūt gñabilia ⁊ corruptibilia. vt pꝫ in iſto. p̄mo ⁊ 7° T.c.22.
metaph̄. q̄re ⁊c̄. ¶ Jtē 3° ſicut ſe hꝫ ſubꝫ alterationis ad alterationē ſic ſe hꝫ ſubm̄ gñationis ad gñationē ꝑ ꝯueniētē ſilitudinē: ſꝫ ſubm̄ alterationis eſt alterabile vt oēs Cō.60.
ꝯcedūt. q̄re ⁊c. ¶ Jtē 4° auctoritate cōmētatoris ī primo huiꝰ caplo. ſic igit nos dicamꝰ. vbi ſic dicit. Jn ſpmate qȯ ſit hō eſt aliqȯ qȯ recipit formam hoīs: ⁊ eſt illud qȯ in rei veritate dicitur generari. Conſtat autem ꝙ illud recipiens formam hominis eſt ipſa materia prima. ergo prima materia in rei veritate dicitur generari.

Oppoſitū arguit auctoritate Ariſt. in iſta ꝑte. Dōꝫ breuiter ꝙ materia p̄ma nō eſt gñabilis ꝑ ſe: qȯ ꝓbat rōne Ariſt. in lr̄a. vt eam deducit Cōmentator. Nā ſi mā p̄ma ꝑ ſe gñaret: tūc añq̄ materia pria eēt gñata: ip̄a eſſet: qȯ eſt impole. Et pꝫ ꝯñtia. nā ſi materia pria gñat ipſa gñabit ex mā p̄ma. Mā. n. p̄ma eſt p̄mū ſubꝫ ex quo ſit aliqd cū iſit: mō materia p̄ma oīuꝫ gñabiliū ē vna nūero. vt dicit Cōmen. ⁊ Ariſt. igit materia p̄ma ex q̄ gñabit mā p̄ma erit vna numero cū materia q̄ gñabit. Oē āt qȯ eſt penitꝰ vnū nūero cuꝫ illo ex quo gñat eſt añq̄ ſit gñatū: cū illud ex quo aliqd gñat ſit anteq̄ ſit gñatū illȯ. ¶ Et ꝯfirmatur iſta ratio remouendo quandā cauillationem. Nā ſi hec ꝑs materia ſignata gñaretur. tunc oporteret eā gñari ex aliqua materia. tūc aūt illa materia p̄exñs eſſet penitꝰ vna nūero cum illa q̄ gñat aut alia. Si eadē penitus. tūc illa mā q̄ ponit gñari fuit materia añq̄ fuerit gñata. Si v̄o materia q̄ gñat ex hac portiōe mãe non ſit penitus eadem

nūero cū illa pexñte:ſ3 alia ſequunt duo ipoſſibilia. Primo ꝙ due mãe nūero ſil' erūt in vno loco.ſ.illa q̃ gñatur ⁊ ea ex qua ponit generari:qḋ eſt oio ipoſſibile. Aliud ē ꝙ materia q̃ ponit fieri ex materia p̄iacente reciperet in illa mã:illud eni3 qḋ generat ex aliquo recipit in illo vel ſm ſe totū:vel ſm aliquã ſui partē:ipoſſibile eſt aūt mã3 p̄mã cū ſit p̄mū ſubm recipi in aliqua pte mãe:q2 tūc nō eſſet p̄mū ſubm. Item cum illud ex quo aliquid generat prius fuerit in potentia ad ipſum generatū:materia preexiſtens erit in potentia ad mãm generandã:⁊ tunc cum potentia non.ſit niſi ad actum ſequit ꝙ mã generata ſit actus:qḋ eſt vnū impoſſibile manifeſtum.

Ad primum argumētū dico ꝙ licet p̄ma mã ſit pars ꝯpoſiti gñabilis:nō ſeqͥt ꝙ per ſe corrūpat:ſed per accidēs ⁊ improprie ſ3 ꝙ in ea aliquid corrūpit. vt ſi diceret doliū3 accreſcere:q2 aliqd .ſ.vinū accreſcit in ipſo vt exēplificat cōmētator. ¶ Ad 2m dico ꝙ illud per qḋ alia ſunt generabilia ⁊ corruptibilia formalr bene d3 eē generabile ⁊ corruptibile.ſ.ipm cōpoſitū vl' forma:per mã3 aūt alia nō ſunt generabilia neq3 corruptibilia formaliter ſed ſolū ſubiectiue. ¶ Ad 3m dico ꝙ ſubm alterationis eſt alterabile.i.alterationi ſubijcibile:ſed nō per alteratioē acquiſibile:ſilr autem ſubm generationis eſt generabile.i.generatioi ſubijcibile:ſed non per generationē acquiſibile. ¶ Et ēt ſic itelligēdū eſt dictū Cōmētatoris ꝙ mã recipiens formã eſt illud qḋ in rei veritate generari dicit.i. gñationi ſubijci. nō aūt generari id eſt terminare gñationē. Quid aūt eſt illud qḋ p ſe ⁊ p̄mo terminat gñationē inqrendū eſt.

¶ Finitis qōnib' Joānis Jandoni ſuper p̄mū libꝛū phyſicorum.incipiunt queſtiones eiuſdem ſuper ſcḋm.

¶ Eſt igitur natura principium alicuius:⁊ cauſa mouendi ⁊ quieſcendi in eo in quo eſt primū ⁊ per ſe ⁊ non ſecundum accidens ⁊c.

Tex.cōmē.III. Queſtio. Prima.

Queritur hic vtrū diffinitio nãe ſit bona. ¶ Et ꝓbatur primo ꝙ nō.q2 abſolutū non d3 diffiniri per reſpectiuū cū diffinitio debeat eſſe ex prioribus:reſpectiuū aūt nō eſt prius abſoluto:immo eſt poſteri':ſed nã eſt quid abſolutum.ſ.forma ⁊ mã. Principium autē eſt qḋ reſpectiuū cum dicatur ad p̄ncipiatum.quare ⁊c. ¶ Item 2° quandocūq3 inferius ꝯiungit imediate ſuo ſupiori ē nugatio. vt dicendo aial hō:ſicut h3 videri in p̄mo elencoꝝ:ſ3 ſic eſt in iſta diffinitioē.q2 dicit ibi p̄ncipiū ⁊ cauſa. cauſa eſt quid inferius ad p̄ncipiū. Omnis eni cauſa eſt p̄ncipium
T.c.p°. ſed non cōuertit.5.meta.ca° de p̄ncipio.igit in iſta diffinitione eſt nugatio ⁊ talis diffinitio non eſt bona.6.top. quare ⁊c. ¶ Itē 3° idē non eſt p̄ncipiū ⁊ cauſa oppoſitorū3. Idē eni3 inquantū idē nō eſt natū niſi facere idē3 2°
T.c.53. de generatioe:ſed motus ⁊ quies ſunt oppoſita.5° b'.ḡ
T.c.20. nã non eſt p̄ncipiū motus ⁊ quietis. ¶ Ite3 4° ois bōa diffinitio debet competere cuilibet cōtēto ſub diffinito. 6° topi.ſed iſta diffinitio non cōpetit omni nãe:ꝓbatio primo q2 nã celi nō ē p̄ncipiū quietis cū ipſu3 celū perpe
T.c.83. tuo moueat 8° b'.q̄re ⁊c. ¶ Itē 5° forma ſubalis grauis inaiati eſt quedã nã vt manifeſtū eſt.⁊ ipſa nō eſt p̄ncipiū mouēdi ⁊ quieſcēdi in eo in quo eſt.ſ.in ipſo graui: q2 ſi ſic tunc graue moueret ſeipm cuius oppoſitum vult
T.c.31. Ariſto.8.hui'.q2 hoc eſt ꝓpriū aialiū. ¶ Item 6° bona diffinitio nō d3 cōtinere aliqḋ ſupfluū.6° topic.⁊ in porphirio.⁊ 2° poſte.ſed iſta diffinitio cōtinet aliquid ſuperfluum:cū eni oē qḋ eſt p̄mo tale ſit per ſe tale.vt p3 p̄mo poſterioꝝ.videt poſtꝙ dictū fuerit ꝙ nã ē p̄mū p̄n'mouendi ⁊ q̄ſcēdi ꝙ ſupflue ponat per ſe:⁊ ſilr poſt ipm p ſe ſupflue exprimit ⁊ nō ſm accñs.quare ⁊c.

¶ Oppoſitū arguit auctoritate Ariſto.⁊ cōmentatoris.

Ad hoc eſt dōm ꝙ illa diffinio eſt bona cui' oēs particule ꝯueniūt diffinito:⁊ p ipam notificat diſtincte ipm diffinitū:⁊ diſtinguitur ab oibus alijs.hanc recipio ꝓ manifeſta. Sed iſta diffō eſt hmōi. Primo ꝙ ſit p̄ncipiū motus ⁊ quietis eius in eo in quo ē.ꝓbat Ariſto.q2 nãlia differūt a nō nãlib'.ſ.ab artificialib' p p̄ncipiū mot' ⁊ q̄etis exiſtēs in eis.artificialia. n.ſm ꝙ artificialia ſunt nullū hñt ipetū mutatiōis inatū .i.nullū hñt p̄ncipiū motus exñs in eis ſ3 ꝙ artificialia ſunt:ſed nãlia ſm ꝙ nãlia ſūt neceſſario habēt in ſeipſis principium aliqḋ motus ⁊ quietis.⁊ ſic nãlia differunt a non nãlib' per principiu3 motus exiſtēs in eis.ſed nãlia ſm ꝙ nãlia ſunt nō differūt a nō nãlib' niſi per nãm:vt manifeſtū eſt.ergo ſequit ꝙ nã eſt p̄ncipiū mot' ⁊ q̄tis in eo in quo ē.ſ.in q̄ eſt ipſa nã ⁊ ipſe mot' ⁊ q̄es. Et poſſet h declaratio ſic reduci ad ſillogiſmū.illud p qḋ nãlia ſ3 ꝙ nãlia ſūt dñt a nō nãlib' eſt p̄n'mot' in eo in q̄ eſt mot' ⁊ quies. S3 nã eſt illud p qḋ nãlia ſm ꝙ nãlia ſunt differūt a nō naturalibus.ſ.ab artificialibus:iſte p̄miſſe ſunt manifeſte cuilibet bene diſpoſito.q̄re ⁊c. ¶ Q' aūt nã ipſa ſit primū.i.p̄ncipale p̄ncipiū intrinſecum mot' ⁊ quietis hoc nō multū declarat Ariſto.ſed pōt ſic videri. Cum eni3 in rebus nãlibus ſint aliqua p̄ncipia motuū ⁊ quietū inſtrumentalia ⁊ quedã ſecundaria.ſ. qualitates nãles que ſunt earū vtutes:⁊ quedã magis p̄ma ⁊ p̄ncipalia.ſ.ſube ipſarū:neceſſe eſt ꝙ nã vel ſit p̄ncipiū motus inſtrumētale ⁊ ſecūdariū:vel p̄mū.i.p̄ncipale: ſed non ē dicendum ꝙ nã ſit p̄ncipium intrinſecū motus ſolū ſecūdarium ⁊ inſtrumētale:q2 res naturalis vt naturalis eſt: p̄ncipaliter ⁊ p̄mo h3 eſſe ⁊ diſtinctione3 ab alijs p nã3. Vñ oio irrõnale eſſet ꝙ natura eſſet ſolū p̄ncipiū inſtrumentale ⁊ ſecūdariū mouēdi ⁊ quieſcēdi. ergo relinquit ipam eſſe p̄mū.i.principale p̄cipiū:dico intrinſecū mouendi ⁊ quieſcēdi. Et pōt ſic ordinari ſillogiſm': p̄ncipiū mouēdi ⁊ quieſcēdi ſecūdariū ⁊ organicū ſolū:nō eſt p̄ncipale p̄ncipium intrinſecū eſſendi ⁊ diſtinguēdi:ſed ipſa nã eſt p̄ncipiū intrinſecū p̄ncipale eſſendi ⁊ diſtinguendi nãlia a non nãlibus vt manifeſtū eſt.ḡ natura nō eſt p̄ncipiū motus ſolum inſtrãle:relinquit ergo ꝙ ipſa ſit p̄ncipale ⁊.p̄mū hmōi p̄ncipiū. Ex h aūt ſequit ꝙ ſit per ſe ⁊ nō ſ3 accidēs. ¶ Cōſiderandū tñ eſt ꝙ iſte due particule.ſ.per ſe ⁊ non ſm accidens nō inutiliter ſubiungunt poſt hanc particulã p̄mū.na3 per eas euidentius notificatur ipſa natura ⁊ magis diſtincte. Iſta eni particula p̄mū diſtinguit naturã a virtutib' naturalib' rei naturalis que ſolum ſunt p̄ncipia inſtrumentalia motuū vt grauitas in graui ⁊ leuitas in leui:⁊ calefactibilitas ī calefactibili.⁊ ſic de ceteris.⁊ hec particula per ſe d3 referri ad iſtam particula3 in eo in quo eſt vt ſit ſenſus ꝙ ipſi nature per ſuam eſſentia3 cōpetit ꝙ ipſa ſit in illo in quo eſt motus cuius ipſa eſt p̄ncipiū.⁊ in hoc diſtinguitur natura a mouente violentante qḋ non eſt intrinſecum ei in quo eſt motus cuius eſt principiū:ſed extrinſecū.vt pat3 in 3° ethicorū.hec aūt particula.⁊ nō ſm accidens.licet cōprehēdatur ſatis in hoc qḋ eſt per ſe:nō tamen inutiliter exprimitur:q2 per eius expoſitione3 manifeſti' ⁊ euidentius diſtinguitur ipſa natura ab arte que quodãmodo eſt principium motus. Nã licet aliq̄ artes ſint aliquãdo principia motuum in illis eiſdem ſuppoſitis in quib' ſunt hmōi artes:tñ hoc eſt per accidens. verbi gratia. medicina aliquando eſt principium medicationis in ipſo



UNIVERSIT DE GRAN

medico in quo eſt medicina: cum .ſ. ipſe medicus īfirmus
exiſtens per ſuam artem medicatiuam ſeipſuꝫ medicat:
ſed hoc ſine dubio eſt oīno per accidēs. Si .n. arti medi
catiue ꝯueniret per ſe ꝙ ipſa eſſet ſubiectiue in illo eodē
in quo eſt motus cuius ipſa eſt ꝓncipiū. tunc cum nunꝙ
medicatiua ars ſit pꝛīcipiū ſanationis niſi in laborante:
ſanus enim non recipit motū medicationis: ſequeret vti
qꝫ ꝙ medicus in quo ē ars ſubiectiue medicine ſemꝑ eēt
infirmus cum ipſe medicaret: ꝛ ꝙ nunꝙ medicaret in-
firmum niſi ſeipſum: qꝺ eſt abſurdū. hoc igitur contingit
arti medicatiue per accidens .ſ. ꝙ ipſa ſit in illo eodeꝫ in
quo ē motus cuiꝰ ipſa eſt pꝛīcipiū. vt ergo euidentiſſime
oſtenderet differentia inter nām ꝛ arteꝫ. ideo Ariſto. ex
pꝛeſſit ꝛ nō ſm accidens ſupple ipſa natura eſt in illo in
quo eſt motus. Et hoc eſt veriſſimū. nunꝙ enim natura
ſolū per accidens eſt in illo in quo ipſa cauſat motuꝫ: ita
ꝙ contingat motū ꝛ naturaꝫ que eſt eius ꝓncipium oīo
ſeparata eſſe: hoc enī eſt impoſſibile: ꝙ motus naturalis
deoꝛſum ſit in aliquo in quo nullo mō eſt natura grauis
que eſt pꝛincipiū talis motus: queādmodū eſt poſſibile
T.c.3. ꝙ ſanatio ſit in aliquo ſubiecto in quo nullo mō eſt ipſa
ars medicine q̄ ē pꝛincipiū ſanationis. Et ꝓpter hoc dīc
Ariſto. ꝙ hec ſeparant aliquando abinuicem .ſ. ſubm in
quo eſt ars ꝛ ſubiectum in quo recipitur motus cuiꝰ pꝛi
Com.3. cipium eſt ars ꝙ nō cōtingeret ſi per ſe eſſent coniuncta.
Et cōmēta. dicit ibidē ꝙ artes innate ſūt per ſe ꝛ pꝛimo
agere in alia ſubiecta ab illis in q̄bus ſunt: ꝛ ſic ſunt ꝓn-
cipia motuū in alijs. Et hoc intelligendum eſt de artibꝰ
a quibus ꝓueniūt acta nō ſolū actiones. vt dicit Cōmē.
ꝛ ideo nō valeret inſtantia de arte ſaltādi ꝛ de arte can
tādi ſine extrinſecis inſtrumētis: que vident eſſe ꝓncipia
motuū in ſubſtantijs in quibus ipſe ſunt. ¶ Conſideran
dū ē ꝙ hmōi artes a q̄bꝰ ꝓueniunt actiones ille non ſunt
ꝓpꝛie ꝛ per ſe pꝛincipia ſubſtātie motus: ſed modi motꝰ
vt per artem ſaltatiuā nō hꝫ habēs eam facere ipm̄ ſub
ſtantiam motus ſaltationis cuius foꝛte ſignū ē: qꝛ etiaꝫ
ſine arte aliqui ſaltāt: ſed hꝫ ſaltem modū motus vel ſal
tē diſpoſitiōeꝫ .ſ. ꝙ velociter ſaltet ꝛ ꝑ longū ſpatiū: aut
ꝙ flectat tibias ꝛ erigat bꝛachia ꝛ hmōi cōditiōes acci
dētales. Et adhuc dato ꝙ tales artes cēnt ꝓncipia aliq̄
rum motuū: non tñ ſunt ꝓncipia ꝛ ꝓncipalia pꝛīcipia eo
rū ſed magis inſtr̄alia: ꝛ ideo nō ſequeret ꝙ hmōi artes
Com.5. eſſent nature. Sic igit patet bonitas diffinitiōis nature.
¶ Et eſt intelligendū vlterius ſm Cōmē. ꝙ licet omnis
nā ſit pꝛincipiū motus in eo in quo eſt. hoc tñ diuerſimo
de eſt in diuerſis rebus nālibus. Nā in aliquibꝰ .ſ. in alte
rabilibus ſimplicibus .ſ. in elementis q̄ dicunt ſimplicia
per abnegationeꝫ mixtionis ꝓncipiū alterationis ꝛ ſi-
milr̄ generatiōis eſt ſm mām .i. ꝓncipiū intrinſecū eſt ꝓn
cipiū receptiuū ſeu paſſiuū ꝛ nō actiuū: nō enī inuenitur
aliquod coꝛpꝰ ſimplex quod alteret ex ſe .ſ. actiue vt ipe
dicit: ꝛ multo minꝰ qꝺ generet ſe vel qꝺ habeat in ſeipſo
ꝓncipiū actiuū ſue generationis: qualiter hoc aūt ſit itel
ligendū querat in queſtiōe de intrinſicitate mouentis na
turalis: ſed in rebus augmētantibus: ꝛ etiā in mobilibꝰ
ſm locū ſalteꝫ aliquibus pꝛincipiū intrinſecū motus eſt
ſm foꝛmā .i. vt credo pꝛincipiū actiuum iſtoꝝ motuū eſt
intrinſecū mobili: ꝛ hoc ſpāliter veꝝ eſt de motu augmē
T.c.34 tationis: animal enim ꝛ planta cōcedit habere virtuteꝫ
T.c.37. ꝛ pꝛincipiū actiuū ſue augmētationis. vt pꝫ in ꝓmo ꝺ ge
neratione. ꝛ 2° de aīa. Silr̄ aīal hꝫ in ſe pꝛincipiū actiuū
ſui motus localis ꝛ nō ſolū paſſiuū: in tātū ꝙ ex hoc dr̄
mouere ſeipm̄. Sed vtrū graue inaīatuꝫ ꝛ leue ſimiliter
habēt in ſe ꝓncipiū actiuū ſui motus localis: ꝛ ſi ſic vtrū
actiuū per ſe aut ſolū per accidēs. hoc ē valde magnū ꝛ
difficile dubiū: ſed de hoc alias videbit: ſi deo placuerit
¶ Silr̄ dicit Cōmētatoꝛ. aīalia ꝛ plāte habēt ꝓncipiuꝫ
actiuū quarūdam alterationū intrinſecū: ſicut eſt de illis
que accidūt aīalibus ex eis que cōtingūt coꝛpoꝛibus eo
rundē: ꝛ foꝛte itelligit Cōmē. ꝙ aliquando ſpecies aliq̄
reꝝ recepte in oꝛganis coꝛpoꝛalibus aīalis faciūt aliq̄s
alterationes in ipſo aīali: ſicut hꝫ videri in de cauſis mo
tus aīaliū. Et cōtingit etiaꝫ ꝙ cū aliqꝺ extrinſecū altera
uerit ꝑtes exteriores coꝛpoꝛis aīalis vt aer calidus aut
frigidus. ille partes alterate alterant alias iterioꝛes: ſed
hic motus nō eſſet ꝓpꝛius aīalibus: qꝛ in elementis pōt
cōtingere: vt ꝙ vna pars aque calefacte calefaciat aliā.
Et ſic in diuerſis ipa nā diuerſimode ē ꝓn$^{m}$ itrīſecū mo-
tus: ꝛ dr̄ nā nō oīo vniuoce ꝓn$^{m}$: ī oībus tñ in deſcriptio
nibꝰ nō pōt quis facere plus iſto .ſ. Ariſ. vt dicit Cōmē.
ita ꝙ ꝙuis nā non dicatur nō vniuoce ꝛ vnifoꝛmiter de
oībus naturis: tñ Ari. dedit ita bonā deſcriptionē cōem
de ipſa ꝙ nullus pōt ponere melioꝛem.

## Tunc ad rationes.

Ad ꝓmā cū dr̄. abſo
lutū ꝛc̄. Dico ꝙ illꝺ
qꝺ eſt penitus abſolutū: ꝛ quātū ad ſuā eſſentiā ꝛ ꝙtum
ad rationē ſubiecti qua intelligit ꝛ ſignificat: nō dꝫ diffi
niri per reſpectū: ſed qꝺ eſt abſolutuꝫ ſm illud qꝺ eſt: tñ
intelligit ꝛ ſignificat ſub aliqua habitudine ſeu reſpectu
pōt diffiniri per illū reſpectum: ꝛ ſic eſt in ꝓpoſito. nam
licet natura ſm ſui eſſentiā ſit qꝺdā abſolutū .ſ. materia
ꝛ foꝛma ſubalis: tñ hoc nomen natura ſignificat ꝛ itelli-
git in reſpectu ꝛ in hitudine ad motū ꝛ q̄etē: ꝛ iſte reſpe-
ctus ſeu hitudo expꝛimit ꝑ illꝺ ꝙ dr̄ ꝓn$^{m}$ ꝛ cā mouēdi ꝛc̄.
¶ Ad 2$^{am}$ pōt dici ꝙ ſi inferius imediate addat ſupioꝛi
inutiliter ſic eſt nugatio: aliter non: modo ſic non eſt hic:
qꝛ dicit principium ꝛ cauſa ad ſignificandū ꝙ non eodē
modo ſed diuerſis modis ipſa natura eſt pꝛincipium ꝛ
cauſa motus in diuerſis rebꝰ naturalibus: ſicut patet ex
pꝛedictis a Commētatoꝛe ſumptis.
¶ Ad 3$^{m}$ dicūt aliq̄ ꝙ idē nō ē cā oppoſitoꝝ eodē mō
ꝛ eque pꝛincipalr̄: ſed diuerſimode pōt eſſe ꝛ vnius pꝛin
cipaliter ꝛ alterius ſecūdario .i. mediāte ꝓmo: ꝛ ſic eſt in
ꝓpoſito: natura enim eſt pꝛincipiū motꝰ magis pꝛīcipa
liter ꝛ ꝓmo: ſed ipſius q̄etis nō ita pꝛincipalr̄ ſed mediā
te motu. ¶ Sed hoc videt repugnare diffinitiōi ꝙtū ad
illam particulā ꝓmū: illa enī videt determinare totū illꝺ
.ſ. pꝛincipiū ꝛ cauſa mouendi ꝛ q̄ſcēdi. Niſi quis dice-
ret ꝙ nā bñ eſt pꝛimū .i. pꝛincipale pꝛīcipiū q̄etis per re-
ſpectū ad qualitates ſeu virtutes accidentales ipſiꝰ mo
bilis que nō ſunt pꝛīcipalia pꝛincipia motꝰ ꝛ quietis. Sꝫ
nō eſt oīo pꝛimū pꝛincipiū per pꝛiuationē motus medij.
Et ſic diceret ꝙ lꝫ nā non ſit pꝛimum pꝛincipium quietis
eq̄ pꝛimo ꝛ pꝛincipaliter ſicut motus: tñ ipſa ē pꝛimuꝫ .i.
pꝛincipale pꝛincipium q̄etis reſpectu v̄tutuꝫ naturaliuꝫ
accidentalium: ita .ſ. ꝙ pꝛiꝰ ꝛ pꝛincipaliꝰ eſt principium
q̄etis ꝙ ſint hmōi v̄tutes ꝛ hoc ſufficit ꝛc̄. Aliter pōt di
ci cū dicit vnū ꝛ idē nō eſt pꝛincipium oppoſitoꝝ. Veꝝ
eſt pꝛincipiuꝫ actiuuꝫ ꝑ ſe ꝛ imediatum ꝓcipue in ſubie-
cto eodē mō diſpoſito: ſed idem pōt eſſe pꝛincipiuꝫ rece
ptiuuꝫ oppoſitoꝝ ſucceſſiue recipiēs ea: mō ſic ē intelli-
**Tunc dico** ad queſtionē tria. Primo ꝙ in ꝑpetuis oīo intranſmutabilibus nō differt aliquo modo realiter eē ⁊ poſſe. Scd̄o dico ꝙ in ꝑpetuis tranſmutabilib⁹ non differt realiter eſſe eſſentiale ⁊ poſſe qd̄ eſt reſpectu eſſe eſſentialis. Tertio dico ꝙ in eis bñ differt eſſe ſuperadditū ⁊ poſſe qd̄ eſt reſpectu talis eſſe ¶ Primū oſtendit.qr in quibuſcunqꝫ differt ꝓprie eſſe ⁊ poſſe:in illis eſt aliqua potētia ad eſſe qd̄ nō habent p̄us ⁊ ipꝫ poſtea recipiunt:hec eſt manifeſta:ſed in talibus entibus intrāſmutabilib⁹ nulla eſt potētia ad aliqd qd̄ nō hn̄t:⁊ poſtea recipiant ipm:qr tūc eēnt trāſmutabilia. Omne eniꝫ qd̄ eſt natum recipere aliquid qd̄
T.c.6. p̄us nō habebat eſt tranſmutabile:vt manifeſtum eſt ex
T.c.32. 3° ⁊ 6° huius. ¶ Scd̄m pꝫ.quaſi per idem. Nam in quibuſcunqꝫ eſſe eēntiale differt a poſſe qd̄ eſt reſpectu eſſe eſſentialis:in illis potētia ad eſſe tēpore p̄cedit eē actu vt pꝫ inducendo. Nā in ſorte differt eē actu:ſor.⁊ poſſe eſſe. Et ꝯſtat ꝙ prius tēpore fuit potētia ad eē ſor.q̄ ad eſſe eius ſm actum:ſimilr auteꝫ ⁊ in alijs. Sed in perpetuis ſeu eternis ipoſſibile eſt ꝙ potētia ad eē eēntiale ſit prior tempore ipſo eſſe:qr eternū eſt qd̄ ſemper eſt ſemꝑ
fuit ⁊ ſemper erit.p̄mo celi ⁊ mundi. Unde cōtra rōneꝫ T.c.125
entis eterni eſt ꝙ potētia ad eius eſſe eēntiale precedat tēpore ipſum eſſe eēntiale:qr tūc in tēpore pͥmo nō eſſet ſm eſſe eēntiale.⁊ ſic nō ſemper fuiſſet nec eſſet qd̄ ē cōtra rōnē eterni. Sequitur ergo cōcluſio ꝙ in eternis etiā tranſmutabilibus nō differt eē eēntiale ⁊ poſſe:qd̄ eſt reſpectu eius.vt in materia prima nō differt eē mām ⁊ poſſe eſſe materiam. Nō.n.fuit aliqd̄ tēpus nec erit in quo materia poſſit eſſe mā ⁊ nō ſit materia. Et ſimiliter in celo non prius fuit celū in potentia ad eē ſimpliciter q̄ eēt celum in actu:nec aliquid ipſius celi prius tēpore fuit in potentia ad eē celi q̄ eſſet celū:qr tunc celuꝫ ſimpliciter non fuiſſet:⁊ ſic nō eēt eternū. Similiter nihil ipſius materie pͥme pͥus tēpore fuit in potētia ad eē extra mām q̄ eſſet materia:ſed econuerſo in generabilib⁹. Nā aliquid ipſius ſortis prius tēpore fuit in potentia ad eē ſortis q̄ eſſet ſortes.ſilr aūt ⁊ in alijs. ¶ Tertium declarat. Illa ſunt diuerſa quoꝝ vnū precedit alterū ſm tempus:ſed in perpetuis tranſmutabilibus eſſe ſuperadditū ⁊ ipſuꝫ poſſe ſic ſe habēt. Naꝫ hmōi poſſe pri⁹ eſt tēpore q̄ ſit ipſum eſſe vt tangebat arguendo de materia prima ⁊ de partibus celi.quare ⁊c̄.

**Ex his ad** rationes. ¶ Ad pͥmā bñ cōcedo ꝙ in mā pͥma differt eēntia ⁊ potētia q̄ eſt ad eē ſuperadditū quod hꝫ a forma. Et ſilr differt eē mām ⁊ poſſe eē qd̄ eſt reſpectu talis eē qd̄ hꝫ a forma ſꝫ non differt potentia ad eē materiā ab eo qd̄ eſt eſſe māꝫ differentia reali ⁊ abſoluta. ¶ Similiter ad alias duas patet ex dictis in diſtinctione ⁊ poſitione.

¶ Hos autem intendimus ⁊ de ſenſibilibus ⁊ de quibus facimus ſcientiam vtrum in ipſis eſt aut non eſt corpus infinitum ⁊c. Textu. cōmenti. XXXIX.

## Queſtio X.

COnſequenter q̄rit. Utrꝫ poſſit eē corpus actu īfinitū. ¶ Arguit pͥmo ꝙ ſic. Qr illd̄ pōt eē ſine termīo in cui⁹ diffōne nō ponit termin⁹.ſed in diffōne corpis nō ponit ter
min⁹:vt manifeſtū ē ex pͥmo celi.⁊.5.me-
ta.ſatis.q̄re ⁊c̄. ¶ Itē. Illud eſt infinitum T.c.2.
cuius effectus eſt infinitus. Nā cauſa ⁊ cauſatum debent T.c.18.
ꝓportionari.5.metaphy.⁊ 2° huius.finiti aūt ad infinitū
nulla eſt ꝓportio.vt pꝫ in iſto 8° ⁊ pͥmo celi.ſed effectus T.c.2.
alicuius corporis eſt infinitus:motus enim perpetu⁹ eſt T.c.28.
infinitus.vt pꝫ 8° huius ⁊ motus eſt effect⁹ corporis qd̄ T.c.14.
mouet:vel cauſatur ab ipſo aliq̄ mō ⁊ notū eſt. q̄re ⁊c̄. T.c.52.
¶ Item illud qd̄ mouet aliquā virtuteꝫ paſſiuaꝫ ad ſuū T.c.83.
actū eſt ens.non ens eniꝫ nō mouet aliquid.vt habet ex
3° huius vbi dicit.ſemꝑ enim exiſtimabit ſpecies aliqua T.c.17.
mouens:ſed infinitū mouet aliquā virtutē paſſiuam ad actum.ꝓbatio.qr virtus imaginatiua imaginatur infinituꝫ.vt quilibet experitur:modo ipſa eſt virtus paſſiua ⁊ mouet ſeipſam ad actum imaginandi vt manifeſtum eſt. Ergo relinquitur ꝙ mouet ab eo qd̄ ipſa imaginat:ſed ipſa imaginatur infinitum.quare ⁊c̄. ¶ Item recipiatur aliqd̄ corpus:aut illud eſt finitum aut infinitum. Si eſt infinitum habetur intentum:ſi finitum oportet ꝙ finiat ad aliqd̄ aliud:⁊ queratur de illo alio.⁊ ſic ibitur in infinitum.⁊ habetur ꝓpoſitū:qd̄ eſt infinita magnitudo corporalis. ¶ Item illud qd̄ in eſſentia ſua non includit aliquid per qd̄ ſibi determinet corporeitatem finitam.eſt in potentia ad corporeitatem infinitam.hec videt eē manifeſta:ſed materia prima in ſua eſſentia nō includit aliquid per qd̄ determinat ſibi corporeitatē finitaꝫ:vt ma-

nifeſtum eſt:quia ipſa eſt ens pure potētiale ⁊ indifferēs
ad omnem actū de ſe.quare ⁊c̄. ¶ Item illud qđ ſequit
ex ꝑncipio mathematico eſt verū:cū ꝑncipia mathema
caª ſint vera:⁊ ex veris non ſequit niſi verum:ſed ex ꝑn-
cipio quodā mathematico ſequit ꝙ poteſt eſſe coꝛpꝰ in
finitum.dicit enim Cōmen.ꝙ ſicut vnum ꝑncipioꝝ que
ponit geometer eſt ꝙ ad omnem lineā eſt accipere lineā
minoꝛem:ſic vnū ꝑncipium qđ ipſe ponit eſt ꝙ ad omnē
lineam eſt accipere lineā maioꝛē:ex hoc autem ſequitur
ꝙ linea cū poſſit non eſſe ſine coꝛpoꝛe ꝙ ad omne coꝛpꝰ
eſt accipere maius coꝛpus.⁊ ex hoc ſequit vlterius ꝙ po
teſt eſſe coꝛpus infinitum.Corpus eniꝫ maius omni coꝛ
poꝛe finito non eſt coꝛpus finitum.quia tunc eſſet maius
ſeipſo:⁊ ſic relinquitur ꝙ ſit infinitum

T.c.40 **Oppoſitum** vult Ari.hic ⁊ pꝛimo đ celo.Et
T.c.46 arguit vna de ſuis rōnibꝰ quā re
putat ꝓbabileꝫ.Illud qđ eſt determinatū ſuperficie non
eſt infinitū.hec eſt manifeſta:ſed omne coꝛpus eſt deter-
minatum planicie ideſt ſuperficie.hanc ſupponit.q̄re ⁊c̄.
Et cōmētatoꝛ ibi ſic arguit.Nihil qđ eſt contentum vna
ſuperficie vel pluribus eſt infinitum:ſed omne coꝛpus ē
huiuſmodi.Nam omne coꝛpus vel eſt ſphericum : ⁊ ſic
eſt contentum vna ſuperficie vel non ſphericum, ſed an-
gulare:⁊ ſic pluribus.quare ⁊c̄.

**De queſtione** intelligēdū.quidā dixerunt ꝙ
materia eſt in potentia ad ma-
gnitudinem ⁊ coꝛpoꝛeitateꝫ infinitā ꝓpter quādā rōem
pꝛedictā:⁊ eſt quinta.Dixerūt tñ ꝙ illa magnitudo nūꝙ̄
fuit nec eſt nec erit ꝓpter rationes Ariſto.in ꝑmo celi ⁊
mundi.Sed iſta poſitio videt irratiōabilis:qꝛ nulla po
tentia eſt ad ipoſſibile:hoc eſt manifeſtuꝫ.Sed illud qđ
nunꝙ̄ fuit nunꝙ̄ eſt ⁊ nunꝙ̄ erit eſt ipoſſibile:quēadmo-
dum illud qđ ſemper eſt:ſemꝑ fuit ⁊ ſemper erit eſt neceſ
T.c.125. ſarium.vt pꝫ ex ꝑmo celi ⁊ mundi.Et hoc videt rōabile
qꝛ oppoſitoruꝫ debent eſſe oppoſite rōnes ⁊ diffōnes.
Neceſſarium auteꝫ ⁊ impoſſibile ſunt oppoſita.vt patꝫ
2o.periarme.ergo ad illud qđ nunꝙ̄ fuit nec eſt nec erit
non debet materia aliquā potentiam habere.quare ⁊c̄.
⁊ ideo non valet illa poſitio.

¶ Ad ſolutioneꝫ queſtionis pꝛemitto aliqua.Pꝛimo ꝙ
coꝛpoꝛa ſimplicia ſunt ſibiĳnuiceꝫ cōtraria:⁊ hic Ariſt.
T.c.42. ſupponit.vt dicit Cōmen.aut ꝓpter famoſitatem: qꝛ cō
Cō.42. ceſſum eſt fere ab omnibus:aut qꝛ declarabit poſt in 2º
de generatione. ¶ Ulterius accipio ꝙ cum vnum cōtra
rioꝛum appꝛopinquat alteri ⁊ totaliter optinet ſuꝑ ipm
⁊ dominat.neceſſario coꝛrūpit ipm ⁊ deſtruit:⁊ hoc ma
nifeſtū eſt ad ſenſum:cuꝫ ignis oīno optinet ſuꝑ aliquod
cōbuſtibile generat inde ignem corrupta foꝛma pꝛeexi-
ſtente.3.ſuppono ꝙ ſi eſſet coꝛpus ſimpliciter infinituꝫ:
v̊tus eiꝰ actiua ipꝛopoꝛtionalr̄ excederet v̊tutē cuiuſli-
bet coꝛpoꝛis finiti:quēadmodū etiaꝫ magnitudo infini-
ta ipꝛopoꝛtionabiliter excellit oēm magnitudinē finitā:
bene quidem veꝝ eſt ꝙ in aliquo coꝛpoꝛe maioꝛi poteſt
eſſe minoꝛ virtus q̄ꝫ in aliquo coꝛpoꝛe minoꝛi:vt foꝛte in
aere decem palmoꝛū eſt minoꝛ virtus q̄ꝫ in igne vniꝰ pal
mi:tamē totiens poſſet multiplicari aer decem palmoꝝ
ꝙ eſſet equalis virtutis cū igne vniꝰ palmi:ſi enim accipe
retur aer in eadē ꝓpoꝛtione excedens aerē decē palmo
rum in qua ꝓpoꝛtione virtus ignis vnius palmi excedit
virtutem aeris decem palmorū:tunc ille aer eſſet equa-
lis virtutis illi igni.Uerbi gratia.ponamꝰ gratia exēpli:
ꝙ virtus ignis vnius palmi ſit in duplo maioꝛ q̄ꝫ virtus
aeris decem palmoꝛū:tunc in aere duplo.ſ.in aere vigin
ti palmoꝛū eſſet virtus equalis virtuti ignis.ſ.vnius pal
mi.Similiter autē ⁊ in aliĳs.Si igit poneret ꝙ aer eſſet
infinite magnitudinis.conſtat ꝙ eius virtus incōparabi
liter excederet virtutem illius partis.ſ.decem palmoꝛuꝫ
que adequatur in virtute igni vnius palmi.Et pari rō-
ne incomparabiliter excederet quodcūqꝫ coꝛpus finitū:
eo ꝙ in ipſo infinities contineretur q̄cunqꝫ pars equaliſ
alteri finito coꝛpoꝛi.

**Ex his preſſis** dico ad qōnem ꝙ impoſſi-
bile ē eſſe aliqđ coꝛpus ſim-
pliciter infinituꝫ ideſt extenſum ſine terminis.Qđ ꝓbat
ratione Ariſto.hic.Si eſſet aliquod coꝛpuſ infinitū:aut T.c.4[illegible]
eſſet ſimplex aut ꝯpoſitū per diuiſionē ſufficiētem.Sed
non pōt eſſe ſimplex:qꝛ tunc virtus eius incōparabiliter
⁊ ipꝛopoꝛtionabiliter excelleret virtutes alioꝛū ꝑ tertiā
ſuppoſitionē:⁊ ſic per alia duo ſequeretur ꝙ coꝛrūperet
oīa alia:⁊ ſic deſtrueret mūdus:qui nō pōt eſſe ſine aliĳs
elementis perfectus:hoc aūt eſt ipoſſibile vt Ariſto.ſup
ponit.Si aūt illud corpus eſſet compoſitū ex elementiſ
aut vnum ſolum ſimpliciū ex quibus cōponit eſſet infini
tum ⁊ alia finita.Aut plura illoꝛū ſimpliciū eſſent infini
ta.Nā ſi omnia ſimplicia eſſent finite magnitudinis cuꝫ
ſint finita ſm multitudinē non cōſtituereur ex eis aliqđ
infinitū.Ex finitis enim magnitudine ⁊ multitudine cō-
poſitum eſt finitum:cū quātitas cōpoſiti reſultet ex quā
titatibus ſuarum partium quātitatiuaꝝ:vt manifeſtum
eſt ad ſenſuꝫ.Opoꝛteret ergo neceſſario ꝙ vel vnū eoꝛū
eſſet infinitum ⁊ alia finita:vel ꝙ plura illoꝛū vel omnia
erunt infinita.Nō eſt poſſibile ꝙ vnum illoꝛum cōponē
tium ſit infinitū:⁊ alia finita ꝓpter eandē rationem que
dicta eſt.Et Cōmē.ſic ſillogizat.In omni ꝯpoſito quod Cō.42.
debet permanere:opꝫ cōtraria ex quibus eſt compoſitū
eſſe equipotentia:hanc recipit pꝛo manifeſta:qꝛ ſi vnum
penitus dominaret ⁊ obtineret ſupꝛa alterū:coꝛrūperet
ipſum.⁊ ſic non maneret cōpoſitū.In omni ergo cōpoſi
to qđ debet manere opoꝛtet cōtraria eſſe equipotētia:
ſed elementa ſunt cōtraria.hanc ſupponit.ergo in cōpo
ſito ex elementis neceſſarium eſt ſi debet manere vt ele-
menta ſint equipotētia.vt pꝫ ex 3ª ſuppōne.Sed ſi vnuꝫ
iſtorū eēt infinitū aliĳs exiſtētibꝰ finitis nullo mō eſſent
eq̄potētia.vt pꝫ ex tertia ſuppoſitione quā ꝑmiſi.q̄re ⁊c̄.
Hāc aūt rōnē tangit Cōmē.⁊ etiā Ariſto.licet nō eodē
oꝛdine.Si aūt diceret ꝙ in illo infinito cōpoſito oīa ele
menta vel plura eſſent infinita:hoc eſt ipoſſibile:qꝛ vnū
coꝛpus infinitū eſt extenſum in infinitū ſm oēs dimēſio-
nes:⁊ ideo ſi eſt vnum coꝛpꝰ ſimpliciter infinitū nullum
aliud coꝛpus eſt extra ipſum.Detur enim ꝙ aliqđ aliud
eſſe extra ipſum tunc eſſet terminatū ⁊ infinitū ad illud
aliquod aliđ:qđ ē impoſſibile.ergo nullū aliđ eēt extra
ipſum.vnde ſi multa elemēta cōponentia illud cōpoſitū
ſint infinita:neceſſe eſt plura ⁊ diuerſa coꝛpoꝛa ſimul eſſe
oīno:cum vnum coꝛpus infinituꝫ ſi ſit totū occupet ⁊ ni
hil ſit ſimpliciter extra ipm.quare ⁊c̄. ¶ Et eadem rōne
illud coꝛpus ſimplex non pōt eſſe aliqđ mediū inter ele-
menta:qđ.ſ.ſit vno elemento ſubtilius ⁊ groſſiuꝫ alio ſi-
cut poſuerunt aliqui eſſe qđdā mediū inter aereꝫ ⁊ aquā
aqua ſubtilius ⁊ aere groſſius:vel inter ignē ⁊ aereꝫ:qꝛ
cum ex illo coꝛpoꝛe medio fierent elemēta:vt dicebant
illi qui ipm ponebant:opoꝛteret ipſam hr̄e aliquā cōtra
rietatem ad vnūqđqꝫ elementoꝝ.Nam omnis tranſmu
tatio pꝛopꝛia eſt de cōtrario in contrariū.Et cū ponat
habere magnitudinē infinitā:neceſſe eſt vt haberet vir-
tutem infinitaꝫ ⁊ ipꝛopoꝛtionabiliter excedentē omnia
alia:⁊ ſic aliquando omnia coꝛrūperet. ¶ Et eſt cōſide
randum ꝙ ſicut tangit Cōmentatoꝛ ſuper litterā iſta de
monſtratio Ariſto.non eſt ſimpliciter vniuerſalis: quia
ſupponitur in ea:ꝙ omne coꝛpus ſimplex habet virtutē

contrariam ad aliud q̇ðlibet ſimplex.hoc aūt nō eſt ve
rum de corpore celeſti:quia corpus celeſte nullaꝫ habet
contrarietatem ſm ſe totuꝫ ad alia corpora.vt ſatis pꝫ
ex primo celi ⁊ mūdi.Sed eſt vniuerſalis ſm opinionē
T.c.20. antiquoꝝ qui putabāt ꝙ celuꝫ eſſet eiuſdeꝫ nature cum
igne.Conſuetudo aūt Ariſt. fuit vti opinionibus anti-
quorū anteꝗ̄ iprobaſſet eas preciſe:cuꝫ ipſe arguit con
tra antiquos cōtradicēdo eis ex cōceſſis ab eis. Unde
etiaꝫ in p̄io celi ⁊ mūdi:cum demōſtraſſet ꝙ p̄ter ele-
menta q̄tuor eſt corpus quintū alterius nature: reſum-
pſit conſiderationē de infinito ⁊ cōpleuit eā demōſtrās
vniuerſaliter:ꝙ nullū corpus cuiuſcunq; nature ſit pōt
eſſe in infinitū ſimplex.Sed rōnes quas ibidē ponit no
lo nunc pertractare:q̄ non pertinet ad iſtū locū.Suffi
ciat ad preſens videre demōſtrationē qua vtitur Ariſt.
in iſto 3°.Et ſupra primū celi ⁊ mūdi alia requirant. pꝫ
ergo ex his ꝙ impoſſibile eſt eſſe corpus ſimplr īfinitū.
Et ex hoc ſequit ꝙ materia nullā habet potētiā ad cor
poreitatē infinitaꝫ:q̄ ad īpoſſibile nulla eſt potētia: q̄
impoſſibile ſic cēt poſſibile:cū poſſibile ſit illud ad q̇ð ē
potētia ſed ip̄m corpus infinitū īpoſſibile ē eſſe: vt oſtē
ſum eſt:q̄ tunc ſequeret impoſſibile.quare ⁊c̄. ❡ Item
illud q̇ð ſemper ⁊ neceſſario eſt cōiunctū alicui cui repu
gnat magnitudo vel corporeitas infinita nō ē in poten
tia ad corporeitatē īfinitā:hec eſt manifeſta per ſe.Sed
materia ſemper eſt cōiuncta forme naturali ſpecifice: q̄
forme materiales generales ⁊ ſi ſint alie a formis ſpeci-
ficis:tn̄ nunꝗ̄ ſunt in mā ſine formis ſpecificis. vt habe
tur ex 7° meta.non eſt genus p̄ter generis ſpecies: for-
T.c.42 me aūt ſpecifice repugnat infinita magnitudo cū ſit vir
tutis finite ⁊ opatiōis finite ⁊ determinate. ❡ P̄. ſi ma
teria haberet potentiā ad magnitudinē ſimpliciter infi
nitaꝫ illa potētia eſſet ocioſa per totū tēpus eternū: q̄
nunꝗ̄ reduceret ad actū:cum nunꝗ̄ futura ſit magnitu-
do infinita.ꝯñs aūt eſt inconueniens: q̄ dignitas eſt na
ture ⁊ dei nihil eē fruſtra.vt dicit Cōmē. ſuper 2° meta.
Cōm.ꝓ. ⁊ habet ab Ariſto.p̄mo celi ⁊ mūdi.⁊ 3° de aīa:q̄re ⁊c̄.
T.c.32. ❡ Et eſt intelligendū ꝙ licet materia nullā potētiā hꝫ
T.c.45 ad magnitudinē infinitaꝫ:tamē magnitudo infinita nō
repugnat ei per ſe imediate:q̄ q̇ð repugnat māe per ali
quid aliud a ſua eēntia nō repugnat ei p̄mo ⁊ ꝑ ſe ime-
diate.hoc eſt manifeſtuꝫ:ſed magnitudo ⁊ vniuerſalier
corporeitas infinita repugnat materie per aliq̇ð aliō a
ſua eſſentia.ſ.per formā naturalē cui⁹ eſt terminare ma
gnitudinem ad maximum ⁊ ad minimum.quare ⁊c̄.

**Ad argumenta** dōꝫ ad primū ꝑ īterēptio
nē maioriſ:nō eniꝫ q̇ðlibꝫ
pōt eſſe ſine eo q̇ð nō ponit in ſua diffinitione ꝓpria: q̄
ſic ſubiectum poſſet eſſe ſine ſua ꝓpria paſſiōe eo ꝙ paſ
ſio nō ponitur in diffinitiōe ſui ſubiecti ſed magis econ-
uerſo.vt pꝫ p̄io poſterioꝝ. ❡ Ad aliā dico ꝙ effectus
alicuius corporis bene eſt īfinitus ſꝫ durationē: ſed nō
ſm magnitudinē:⁊ iō bene concedo ꝙ aliq̇ð corpus eſt
infinitū ſꝫ durationē ⁊ nō ſꝫ magnitudinē. ❡ Ad aliō
dico ꝙ infinitū ſꝫ ꝙ infinitum nō mouet virtutem ima-
ginatiuā ad actū imaginandi ip̄m: ſed ipſa virtus ima-
ginatiua ad hm̄ōi actū mouet ab ipſo finito:ſicut intel-
lectus mouet ab ente ad intellectionē nō entiſ vt cōiter
dicitur.Cum ergo dicit ꝙ virtus imaginatiua mouetur
ad actū imaginandi:aut a ſe aut ab illo q̇ð imaginat: di
co ꝙ nō oꝫ:ſꝫ ab oppoſito illi⁹ q̇ð imaginat vel a ſuo ſi
mili pōt moueri ad ipſum actū. ❡ Aliter dicunt aliqui
ꝙ virtus imaginatiua nunꝗ̄ imaginat infinitū totuꝫ ſi-
mul ideſt extenſum ſine terminis: ſed imaginat infinitū
ſic.ꝙ quātacunq; magnitudine finita imaginata: adhuc
pōt imaginari maioreꝫ: ⁊ adhuc illa maiorē:⁊ ſic ſemꝑ
in infinitū ſucceſſiue: tamen in quolibet actu imagina-
tur magnitudinē finitā.Unde Ariſt.dicit 2° meta. ꝙ im T.c.11.
poſſibile eſt intelligere lineā nō ſtatuentē .i. nō cōſtituē
tem eā inter duo puncta vt exponit. ❡ Sed ſic dicēdo
adhuc remanet dubitatio quomō p̄t imaginari magni-
tudo maior magnitudine celi.Quid.n.mouebit ad iſtū
actum imaginandi:forte dicet ꝙ virtus imaginatiua:in
formata ſpecie magnitudinis celi mouet ſeip̄aꝫ ad ima
ginandū magnitudinē maiorē:⁊ ſic erit mouēs ⁊ mota
ſm diuerſa.q̄ ratiōe ſpeciei magnitudinis erit mouēs:
⁊ ipſa ſm ſe ipſaꝫ erit mota ⁊ recipiens illuꝫ actū. Sed
bene eſt dubiū quomō vna eadeꝫ ſpecies magnitudinis
mouet ad actus diuerſos imaginandi.ſ. ad actū imagi-
nandi magnitudinē cuius eſt ſpēs ⁊ ad actū imaginādi
maiorē magnitudinē.Et forte h̄ eſt ſꝫ p̄us ⁊ poſteri⁹ ſi-
cut ponit ð ſpecie entis ad itelligere entis ⁊ nō entis.vt
accipit ex 9° meta. ❡ Ad aliō dico ꝙ ſupponit falſuꝫ:
ſupponit eniꝫ ꝙ q̇ðlibet corpus finitū finit ad aliud ex
tra ipſum:hoc aūt eſt falſuꝫ: differt enim tangi ⁊ finiri.
Omne quidē q̇ð tangit:tāgit ab aliquo extrinſeco dum
modo ſit verus tactus cuiuſcūq; extrīſeci.ſuꝑficies vl-
tima ſimul ē cū ſuperficie corporis tacti. Sꝫ aliq̇d pōt
finiri non ab aliquo extrinſeco: ſed a ꝓpria ſuꝑficie ip̄ꝫ
terminante:⁊ ſic nō valet illa ratio:cōcedet eniꝫ ꝙ ali-
quod corpus finitū:finitū ē ad aliud extrinſecū corpus
⁊ illud ad aliud ſed nō in infinitū:imo deuenitur ad ali-
quod corpus q̇ð ſua ꝓpria vltima ſuꝑficie terminat .ſ.
vltima ſphera.vt videbit in 4° quare ⁊c̄. ❡ Ad aliaꝫ.
Illud ⁊c̄.Uerū eſt ſi cū hoc non ſit cōiunctū neceſſario
alicui ſibi determinanti finitā corporeitatē: ⁊ ad mino-
rem dico ꝙ licet materia in ſui eſſentia nō icludit aliq̇d
per q̇ð ſibi determinet magnitudinē finitā:tamen ſemꝑ
⁊ neceſſario cōiuncta eſt forme naturali ⁊ virtute natu
rali quib⁹ repugnat magnitudinis īfinitaſ. ❡ Ad aliud
cū dicit.illud q̇ð ſequit ⁊c̄.verū eſt eo modo quo ſequit
ex p̄ncipio mathematico ⁊ cū dicit ꝙ eſſe vel poſſe eſſe
magnitudinē infinitā ſequit ex principio mathematico.
Dico ꝙ nō ſequit.Et cū dicit ꝙ mathematic⁹ ponit ⁊c̄.
dico ſicut dicit Cōmentator ꝙ nālis mathematicus di-
uerſimode cōſiderant de magnitudine.q̄ naturalis con
ſiderat ipſam magnitudinē ſm ꝙ eſt finis ⁊ terminus in
materia:⁊ mathematicus cōſiderat eaꝫ:vt eſt ſeparata
a materia:⁊ quocunq; iſtoꝝ modoꝝ cōſideret cōpetit
ei diuiſibilitas in infinitū.vt dicit Cōmētator.Uñ pro-
poſitio mathematica que dicit ꝙ ad oēm lineā eſt acci-
pere minorē:vera eſt.Et ſilr naturalis ꝓpoſitio que dic
ꝙ quelibet linea pōt diuidi in minores:vera eſt. Sed ſi
conſideretur magnitudo ſm ꝙ eſt finis exiſtēs in mate-
ria ſic ei repugnat augmentari in infinitū.Unde ꝓpoſi-
tio naturalis que dicit ꝙ ad oēꝫ lineā eſt accipere maio
rem eſt falſa.ſed ſi cōſideret ſm ꝙ eſt abſtracta: ſic ꝓpo
ſitio mathematica dicens:poſſibile eſt ad oēꝫ lineā ima
ginari maiorē.vera eſt.q̇ð forte ſic itelligit Cōmētator
nō ꝙ linea ſm ꝙ linea habeat aptitudinē vel potentiā
vt quacūq; ⁊ quātacūq; linea poſſit eē maior:ſed ꝙ ipi
linee per ſe ipſaꝫ ⁊ ſꝫ ſuā eſſentiā p̄ncipaliter:⁊ p̄io nō
repugnat infinitas:imo hoc repugnat p̄mo ⁊ p̄ncipalr
forme naturali ⁊ rōne ei⁹ repugnat alijs. ❡ Et ſi dicas
ꝙ mathematic⁹ nō ſupponit falſuꝫ.vt pꝫ in p̄mo poſte.
⁊ ipſe tamen ſupponit ꝙ ſit linea infinita cuꝫ dicit: pro-
trahat linea infinita. ❡ Dōꝫ ꝙ ſic debet intelligi dictū
geometre:ꝓtrahat linea in infinitū ideſt quātūcūq; ne-
ceſſaria ad ꝓpoſitū.ſ.ad declarandū ꝓportiōes ⁊ ꝓpor
tionalitates lineaꝝ. Ad hoc aūt ſine dubio ſuffic linea

finita. Nam ſm eandē ꝓportionem ⁊ ꝓportionabilitateʒ diuidiť linea minor ⁊ linea maxima: ita ꝙ quecunqꝫ ꝓportio inuenitur inter lineam maximā ⁊ ſuam parteʒ: eadem inuenitur inter lineā minorē ⁊ ſuaʒ parteʒ: eo ꝙ quelibꝫ linea quātūcūqꝫ parua eſt diuiſibilis in infinitū. vt pꝫ in 6⁰ huius. ⁊ in libro de lineis indiuiſibilib⁹. ⁊ ſic quecūqꝫ ꝓportio poſſet declarari in linea maiori poſſet ⁊ in minori. Sed ꝓpter doctrine facilitatem exemplificatur aliquādo protrahēdo lineā maiorē quaſi in infinitum extenſam. ¶ Aliter etiā videť dicere Cōmē. Dicit enim ꝙ additio menſure qua vtiť geometra ſupple cum dicit ꝙ ad omnē lineā ⁊c̄. eſt de genere ꝓpoſitionuʒ opinabiliū que ſunt fundamenta geometre abſqꝫ eo qꝺ eſt extra animā ſicut ipſe imaginať: ꝙ punctus cū fluit vel moueť facit lineā: ⁊ ꝙ cū linea moueť facit ſuperficiē: ⁊ ꝙ cū ſuperficies moueť facit corpus: ⁊ imaginať ꝙ figure habent poſitiōes: ⁊ ſilr videť ponere dimenſionē eſſe ſemper augmentabilē non ꝙ extra aiam ſemper eſt ſic. ¶ Et in his verbis Cōmētatoris eſt dubiuʒ nō paruuʒ. Si eniʒ fundamēta geometre ſunt ꝓpōnes opinabiles abſqꝫ eo qꝺ ſint extra animā: videť ꝙ fundamenta ipſi⁹ geometre erunt ꝓpoſitiones falſe. Forte pōt dici ꝙ fundamenta geometre ſunt duplicia. ſ. Quedā ſm veritatē ⁊ iſta non ſunt falſa: ſed vera ⁊ neceſſaria. Alia ſunt ſm opinionē ⁊ famoſitatē ⁊ iſta bene ſunt falſa: ſaltē ſm ꝙ primo aſpectu ſonant verba: licet forte ſꝫ aliquā bonā expoſitionē poſſunt ad bonū itellectū reduci. ¶ Et ſic ſe hꝫ de iſto fundamēto ꝙ ad oēʒ lineā eſt accipere maiorē: hoc eniʒ ſicut ꝑmo aſpectu videť intelligi falſuʒ ē: qꝛ nec in re nec in imaginatiōe vera eſt accipere maiorē lineā linea celi: ſed ſi intelligiť ſm nō repugnātiā modo prius tacto forte veꝝ ē. Similiter aūt ⁊ in alijs ſuo mō de quib⁹ ipſe exemplificat. Uel dicať ꝙ Cōmētator intelligit illa fundamenta. i. exēplares declaratiōes ꝑncipiorū ⁊ fundamētoꝝ geometricoꝝ ſunt ꝓpoſitiōes opinabiles ⁊c̄. ⁊ hoc nō eſt incōueniens: qꝛ de exemplo nō queriť verificatio ſed manifeſtatio. vt dicit Commen. in 2⁰ de aīa. ⁊ acceptū eſt ab Ari. prio prioꝝ. Eſt aūt vnū
Cõ.67. fundamentū geometricū ꝙ linea eſt lōgitudo ſine latitudine: ⁊ qꝛ hoc eſt difficile imaginari eo ꝙ linea ſemꝑ eſt cū aliqua ſuperficie: idō poniť exemplū ad declarādū vt ſi punctus moueať localiter per ſui motum cauſabit quādam extenſionem in longū ſolū ⁊ illa eſſet linea. Et ſimiliter eſt intelligendū de alijs que ipē dicit eſſe fundamenta geometre ⁊ propoſitiones opinabiles abſqꝫ eo quod eſt extra animā. Intendit enim fundamenta ideſt exemplares propoſitiones ⁊ declaratiōes ⁊ manifeſtationes quorundam fundamentorum ideſt principiorū occultorum aliqualiter ⁊ modicula declaratione indigentium ſcilicet exemplari. quare ⁊c̄.

¶ At vero neqꝫ numerus ſic eſt ſicut ſeparatus ⁊ infinitus. numerabile enim numerus eſt aut habens numerum. ſi ergo numerabile contingit numerare ⁊ tranſire vtiqꝫ poſſibile erit infinitum. Textu. cō. XLI. Queſtio. XI.

COnſequenter q̄riť. Utꝝ aliqua multitudo ſit ſimplr īfinita. ¶ Arguiť ꝙ ſic. qꝛ ſi hoīes infiniti fuerūt in preterito infinita ſunt ſimul ⁊ ſꝫ actū: ſꝫ infiniti hoīes fuerunt in ꝑterito. q̄re ⁊c̄. Maior ꝓbať: qꝛ quilibet hō qui fuit habuit vnū itellectū numero diſtinctū ab itellectu alteri⁹ vt cōiter dř. intellectus eniʒ cū ſit forma ſubſtātialis corpis humani numerať ⁊ multiplicať ſꝫ multitudinē corporuʒ humanoꝝ: ⁊ ſic quilibet hō habet ſuuʒ intellectum. ſi igiť homines fuerunt infiniti cū intellectus cuiuſlibet hoīs qui fuerit remanſerit poſt mortē ip ſi⁹: intellectus eniʒ nō corrumpitur in morte hominis: imo ſeparať ab alijs: ſicut ꝑpetuum a corruptibili. 2⁰ de aīa. ſequiť ꝙ nunc ſimul ſunt infiniti intellect⁹. ⁊ ſic pꝫ maior. ⁊ minor pꝫ per phꝫ qui T.c.22.
vult ꝙ mūdus eſt ꝑpetuus. ⁊ per ꝯñs generatio hoīum eſt infinita a parte ante ⁊ poſt. ⁊ ſic infiniti hoīes preceſſerunt ⁊ infiniti ſequentur. quare ⁊c̄. Et poſſet ratio ſic ſillogiʒari ſi placeret. Tot ſunt intellectus humani ꝑncipaliter ⁊ actu exiſtentes quot hoīes preceſſerūt. hoc pꝫ ex dictis. qꝛ quilibet habuit ſuum intellectū: ⁊ itellectus perpetuus eſt a parte poſt vt oēs concedunt: ſed infiniti homines ꝑceſſerūt: qꝛ mūdus ſemper fuit ⁊ perfect⁹: ſed non pōt eſſe perfectus ſine omnibus ſuis ſpeciebus: ⁊ ꝑcipue ſine ſpecie perfectiſſima in iſtis inferiorib⁹ que eſt homo. vnde neceſſe ē ꝙ homo ſemꝑ fuerit ⁊ nō pōt eſſe niſi in ſuis ſuppoſitis. vnūquodqꝫ autem ſuppoſituʒ hominis eſt corruptibile ⁊ generatuʒ ⁊ nō potuit ſemꝑ fuiſſe. Unde neceſſe eſt ꝙ infiniti homines preceſſerint: quare ſequiť ꝙ intellectus humani ſunt actualiter infiniti. ⁊ ſic eſt multitudo ſimpliciter infinita. ¶ Item oēs ſpecies que poſſunt eſſe in vniuerſo ſunt actu ī ipo vniuerſo: aliter eniʒ nō eſſet ſimpliciter ꝑfectū: ſed infinite ſpecies numerorum poſſunt eſſe: quia continuum eſt diuiſibile in infinitū vt hic dicitur. ⁊ per diuiſionem continui ſemper augetur numerus: vt etiāʒ hic diciť. Numerus autem maior differt ſm ſpeciē a minori ⁊ econuerſo: vt cōmuniter concediť. ergo poſſunt eſſe ſpecies numerorum infinite. ¶ Item quātacūqꝫ eſt multitudo in potentia tantā contingit eſſe actu: ſed multitudo eſt infinita in potentia. quare ⁊c̄. Maior probať. qꝛ quāta eſt magnitudo in potentia tantā contingit eſſe actu: vt dicit Ariſto. in littera. ergo per ſimile quātacūqꝫ eſt mul- T.c.57
titudo ⁊c̄. ⁊ minor apparet per phꝫ in littera. quare ⁊c̄. ¶ Item tot ſunt potētie in ꝑma materia quot formas ipſa recipit in futurū: ſed materia que nunc eſt in futurū recipiet formas infinitas. quare ⁊c̄. Maior probatur. qꝛ materia que nunc eſt habet potentiā ad quālibet formam quā recipiet in futuruʒ. Si enim nō hꝫ potentiā ad formā quā recipiet in futurum: tunc nō eſſet potens recipere illam. nihil enim eſt potens ſine potentia: ſicut nihil eſt albū ſine albedine: ⁊ ſic materia nō eſſet potēs recipere formā quā recipiet in futuro. ⁊ per ꝯſequēs reciperet ipoſſibile recipi: qꝺ ē abſurdū. ergo materia habet nunc potentiā ad quālibet formā quā recipiet in futurum ſaltem potentiaʒ remotam. ⁊ conſtat ꝙ potentia ad vnam formarū quas recipiet non eſt omnino eadeʒ cuʒ potentia ad illas: imo ſunt diuerſe ad diuerſas. verbi gratia. potentia materie ad formā quā recipiet ī primo anno poſt iſtud nunc nō eſt eadē ſimpliciter ⁊ oīno ſm rem: cū potētia ad formā quaʒ recipiet in milleſimo anno. qꝛ ſi eēt penitus eadē tūc vna facta ī actu ⁊ reducta ad actum ⁊ alia eſſet ſtatim ad actū reducta: qꝺ eſt ridiculum: adueniente eniʒ forma que recipietur in materia in anno. 12. fit in actu potētia que erat ad eā: ⁊ nō fit in actu potentia que erat ad formā recipiēdā in milleſimo anno. g̊ iſte potētie ſunt realr abinuicē diuerſe: ⁊ ſic de oībus alijs. ergo pꝫ manifeſte ꝙ in mā q̄ nunc eſt tunc principaliter ſunt tot potētie quot formas ipē recipiet in futuro. ⁊ hec erat maior: ⁊ minor ē manifeſta ſꝫ Ariſt. Nā cū generatio ſit futura in īfinitū ſꝫ ſucceſſionē. vt pꝫ in 2⁰ de gñatione. ⁊ in q̄libet gñatione recipiet T.c.59.
nouā formā manifeſtū eſt ꝙ in futuro recipiet formas

infinitas ſucceſſiue: q̄re videt̄ ꝙ iam ſunt actu in mã potentie ad formas īfinite ſimplr̄ ⁊ ſic eſt aliqua multitudo actu īfinita. Et iſte rōes faciūt mihi dubitatōẽ magnã.

**Oppoſitum** arguit auctoritate Ari. qui vult ꝙ nulla ē multitudo actu ⁊ ſimplr̄ īfinita: ⁊ idẽ vult Cōmẽ. ❡ Et arguit rōne ꝓbabili quã ēt Ari. inducit in lr̄a pro ꝓbabili. nullum numerabile eſt ſimplr̄ infinitū. hec ē manifeſta: ſed oīs numerus ē numerabilis. hoc ipſe ſupponit. quare nullus numerus eſt infinitus: ⁊ tunc adiūgendo ꝙ omnis multitudo ē numerus aliquis aut numerus eſſentiarum aut numerus indiuiduorū. ergo nulla multitudo eſt infinita.

Com. 6 **Ad queſtionem** eſt intelligẽdū ꝙ ſm Cōmẽ. in pᵒ hu⁹ multitudo vel ē reꝝ differẽtium ſm formam: ⁊ hec ē multitudo generū ⁊ ſpẽꝝ. vl̄ eſt reꝝ differẽtiū ſm q̄titatem: ⁊ hec eſt multitudo īdiuiduoꝝ corporalium ⁊ mãlium. Et puto eſſe iſtam diuiſionẽ itelligẽdam de illis rebus que ſūt diſtincte ⁊ diuerſe ab intrinſeco principio diuerſitatis vel differentie. ❡ Et preter iſtas duas multitudines videt̄ aliquibus eſſe alia multitudo que eſt aliquoꝝ que nec ꝑ ſe ſm formas ſuas differūt: nec etiam differunt ſm q̄titatem ꝯtinuam ſicut duo accñtia eiuſdem ſpeciei exñtia ſimul in vno ſubiecto ſm idem ſui. Ut intentio huius albedinis ⁊ illius in vno ⁊ eodem pūcto mediȷ̄ pñt eſſe: cū per vnum pūctum vel per vnam ⁊ eãdem partem mediȷ̄ ꝯtingat ambas videri ⁊ nō ſūt vna itentio numero ⁊ īdiuidualiter: ⁊ cum vna illarū remaneat altera corrupta: ablata. n. vna albedine remouetur intẽtio eius que erat in medio ⁊ remanet alia ſpẽs ſeu intẽtio albedinis remanẽtis. Silr̄ aūt ⁊ in multis ſimilibus. ❡ Item due paternitates ⁊ multe dñr eſſe ſimul in vno ſubiecto ⁊ nō ſm diuerſas eius partes q̄titatiuas. ⁊ ſic cum talia accidentia nō differãt ſm formas ſuas per ſe: q2 tūc differūt ſm ſpẽm: nec differūt ſm q̄titatem ſubiecti: vt manifeſtum eſt: videt̄ ꝙ preter illas duas multitudies quas ponit Cōmentator: eſt alia multitudo que nec eſt reꝝ ſm formas differẽtium nec ſm q̄titatem ꝓprie. Sed illa ē multitudo reꝝ differẽtium ꝑ extrinſeca. ſ. per terminos reſpectuum q̄tum ad relatiōes: vel per agentia conſeruantia q̄tum ad ſpẽs intẽtionales obiectoꝝ eiuſdẽ ſpeciei. Cōmẽtator aūt locutus fuit ibi de multitudie reꝝ que diſtinguuntur ab intra: ⁊ que ſunt abſolute ab agẽte conſeruante proprio ⁊ propinquo ⁊ a termino.

❡ Hoc viſo poſſumus dicere tria. Pᵒ ꝙ mlt̄itudo reꝝ differẽtiū ſʒ formas ſiue ſit multitudo generꝝ ſiue ſpẽꝝ nō eſt ſimplr̄ actu infinita. ſcḋo ꝙ multitudo indiuiduorum diſtinctoꝝ ſm magnitudines: vt ſor. ⁊ plato nō eſt actu īfinita. tertio ꝙ multitudo aliquoꝝ indiuiduorum que nō differūt ſm formam nec ſm q̄titatē: ſed per terminos extrinſecos ē aliquo modo infinita. ❡ Primū ꝓbatur quadam rōne quã tangit Alex. in lib. de ſenſu ⁊ ſenſato. Si multitudo generum aut ſpẽrum eſſet ſimplr̄ ⁊ actu infinita: ſequeretur ꝙ vnum īfinitum eſſet maius alio infinito: qḋ repugnat veritati: ⁊ hoc relinquit Alexãder pro impoſſibili. Et probatur ꝯña. q2 ꝯſtat ꝙ nūerus ſpẽrum ē maior numero generū. Cum vnūqḋq3 genus habeat multas ſpecies ⁊ ſilr̄ numerus indiuiduoꝝ ſaltem in rebus mãlibus eſt maior numero ſpẽrum: vt manifeſtum eſt cuilibet ītelligẽti. ⁊ ſic ſi numerus generum ⁊ ſpẽrum eſſet īfinitus: vnū īfinitum eẽt maius alio īfinito: qḋ videt̄ impoſſibile. ❡ Item aliqui ſic arguūt. In quibuſcūq3 entibus ē primum illa nō ſunt ſimplr̄ infinita. Primum. n. repugnat infinito ſicut ⁊ vltimum: vt manifeſtum eſt: ſed in generibus eſt aliquid ſimpliciter p̄mū. ſ. ſubſtãtia: vt pʒ in. 7. metaph. Et ſilr̄ inter ſpecies ē vna prima. ſ. p̄mum p̄ncipium: qḋ ē deus: qui eſt oīum p̄ncipiū ſm dignitatẽ ⁊ nobilitatẽ: vt pʒ i. 12. metaphy. q̄re ⁊c. Et ꝯfirmatur: q2 cum ſemꝑ duaꝝ ſpecieꝝ vna ſit ſimplr̄ perfectior alia ſi eſſent ſpecies infinite: tunc quacūq3 ſpecie data eſſet dare perfectiorẽ: ⁊ ſic in infinitū. ⁊ ſic nunq̄ deueniret̄ ad perfectiſſimã ⁊ nobiliſſimã: qḋ eſt abſurdum. quare ⁊c. ſcḋm declarat̄. Si eſſet infinita ſm actū multitudo īdiuiduoꝝ differentium ſm magnitudinem tūc non poſſent ꝯtineri in aliquo vno infinito. hoc eſt manifeſtum: q2 ſemꝑ illud in quo plura talia ꝯtinent̄ eſt maius q̄ illud in quo ꝯtinent̄ pauciora: vt locus in quo ꝯtinentur plures homines eſt maior illo in quo ꝯtinentur pauciores: dummodo eẽnt hoīes ſibi inuicem equales. ergo illud in quo īfinita ꝯtinentur eſſet īfinitū ⁊ nō īfinitum. nō ergo omnia alia ꝯtinerentur in vno illorum finito: ſed hoc eſt falſum: q2 omnia alia īdiuidua ꝯtinent̄ in primo orbe: qui dr̄ vltima ſphera: ⁊ hoc ſuppono ad preſens: q2 dʒ demōſtrari in primo celi ⁊ mūdi. quar̄ ⁊c. ❡ Tūc declarat̄ 3ᵐ ⁊ adducitur ad hoc ratio p̄us tacta que etiā fuit tacta i p̄mo hu⁹. quã ad preſens nō valeo ſoluere ſufficiẽter. ❡ Sed ꝯ̄ iſtam ꝯ̄nem tertiã eſt dubiū difficile. Nam ſi in q̄libet portione materie ſūt potẽtie differẽtes ⁊ īfinite ſimpliciter. ſequitur ꝙ vnum īfinitum eſt maius alio īfinito: qḋ videt̄ impoſſibile ſm Alexã. vt arguebatur. ⁊ pʒ ꝯña. q2 cōſtat ꝙ totum aggregatum ex numeris potẽtiarum exiſtẽtium in duabus partibus materie eſt maius q̄ ſit numerus potẽtiaꝝ exñtiū in vna ſola parte materie. quare cum numerus potẽtiaꝝ exiſtẽs in vnica ſola parte materie ſit ſimplr̄ infinitus vt tu ponis: ſequit̄ ꝙ vnū infinitum ſit maius. ❡ P. Ratio Ariſ. videt̄ eſſe ꝯtra hoc: q2 omne numerabile eſt finitum: vt manifeſtū eſt: ſʒ omnis numerus eſt numerabilis. ⁊ hec propoſito videtur neceſſaria ſm Commẽtatorem. Et ꝯfirmatur. q2 numerus eſt multitudo mẽſurata vno. i. oẽ mẽſuratum eſt finitum. quare ⁊c. Maior pʒ ex. 10. metaph. ⁊ minor eſt euidens. T.c.4

❡ Ad p̄mū diceret aliquis ꝙ vnū īfinitum nō eſt maius alio in illis quoꝝ vnū per ſe hʒ ordinẽ ad aliud: ſicut genus ⁊ ſpẽs habẽt per ſe ordinẽ ⁊ ſpẽs ⁊ īdiuiduū: ſʒ in illis que nullū per ſe ordinẽ hñt nullū eſt malū ꝙ vnum illorum īfinitoꝝ. ſ. diſcretoꝝ ſit maius alio. Sic aūt eſt in ꝓpoſito. Nam potẽtie iſte partiū materie diuerſaꝝ nullū hñt per ſe ordinẽ. iō ⁊c. ❡ Aliquis alr̄ diceret ꝙ in duabus partibus materie nō eſt maior numerus potẽtiarum q̄ in vna ſola nec numerus potẽtiarum duaꝝ partium materie eſt totum proprie ad numerum potẽtiarum exiſtentium in vna ſola parte ſicut reuolutiōes īfinite que erūt in duobus orbibus celeſtib⁹ nō erūt pl'es q̄ reuolutiones vni⁹ ſoli⁹ orbis. Hec aūt q̄ de iſta 3ᵃ ꝯ̄ne dicta ſūt recipiãt diligẽtes inq̄ſitores per modū exercitatiōis ⁊ inq̄ſitionis magis q̄ deteriatiōis. ❡ Ad alia duo dōʒ ꝙ oīs nūer⁹ īdiuiduoꝝ drñtiū ſʒ magnitudinẽ ē mẽſurabilis ⁊ nūerabilis ⁊ ꝑtrãſibilis vno q̄tū eſt ex nã rei lʒ forte ſit nobis immẽſurat⁹ ⁊ ignot⁹. Sʒ nūer⁹ īdiuiduoꝝ q̄ nō ſūt diſticta ſm q̄titatẽ nec ſubſiſtẽtia ſʒ īherẽtia vni ⁊ eidẽ ſubō nūero pōt eẽ nō nūerabilis nec mẽſurabilis ꝓprie ⁊ ſimplr̄. ⁊ ſic itellexit Ari. ⁊ Cōmẽ.

**Ad primam** rōnẽ diceretur ſm fidem ꝙ nec mundus fuit ab eterno nec hō: ſed habuerūt initiū duratiōis: ⁊ ideo nō valet rō: ſʒ ſm Ariſto. ponẽtem mūdū perpetuū ⁊ eius ſpẽs. Dōm eſt vt puto ꝙ ratio accipit vnum falſum. ſ. ꝙ intellectus ſit multiplicatus numeraliter in diuerſis corporib⁹ humanis: imo ipſe eſt vnus numero quo oẽs hoīes itelligunt.

Hoc aūt declarādum eſt in.3.de aīa.ſꝫ nō hic. Et cuꝫ dr̄
ꝙ intellectus eſt foꝛma ſubſtantialis coꝛpoꝛis:dicēdum
ꝙ nō eſt foꝛma dans eſſe coꝛpoꝛi:ſicut figura cere. ſic.n.
coꝛrumperet ad coꝛruptionem compoſiti:ſed eſt foꝛma
dās operari inquātum totū aggregatum ex ipſa ⁊ ho-
mine itelligit rōne partis.vnde actus non dr̄ vniuoce de
aīa vegetatiua ⁊ ſenſitiua ⁊ intellectiua:ſꝫ ſm aliā ⁊ ali-
am rōnem. ¶ Ad aliaꝫ dico ꝙ vera eſt maioꝛ de ſpēb⁹
ptinentibus ad pfectionem vniuerſi:⁊ nō de alijs:mo-
do ſpēs numeroꝝ nō ptinent ad perfectionem vniuerſi
neceſſario:ideo non eſt neceſſe ꝙ omnes ſint ſil' actu:qꝛ
ſucceſſiue poſſunt eſſe. ¶ Sꝫ mihi videt ꝙ hoc eſt mul
tum dubiū:qꝛ certum eſt ꝙ numerus qui eſt ſpēs q̄tita-
tis ptinet ad pfectionem vniuerſi nec̄io:⁊ numerus non
pōt eē ſine dualitate vt manifeſtuꝫ eſt.ſic ḡ dualitas ne-
ceſſaria eſt ad pfectionem vniuerſi:ſed dualitas eſt ſpēs
minus pfecta oībus alijs vt ꝯcedit.ergo multo foꝛtius
ad pfectionem vniuerſi ptinēt omnes alie ſpēs numero
rum ſi ſpēs habeat:⁊ ſic idem qꝺ ṗus. ¶ Et pp iſtā rō-
nem cū quadā alia quā reputo demonſtratiuam ſi vera
ſunt illa fundamēta que cōiter ꝯcedi ſolent de numero
⁊ de vnitate poſui alias ⁊ numeri indiuiduoꝝ per ſe nō
differūt ſm ſpēm:imo ſunt vni⁹ ⁊ eiuſdeꝫ ſpēi ſpāliſſime
in genere q̄titatis. Et rn̄di ad quaſdā obiectiones que
ſūt ꝯtra iſtam ꝯclōnē:ꝓpter qꝺ illam qōnem inq̄rat cui
cure fuerit. ¶ Ad aliam ꝯcederem ad pn̄s ꝙ ifinita eſt
multitudo potentiaꝝ:quaſ hꝫ mā ad foꝛmas recipien-
das in futuro:ſed iſte potētie non ſunt indiuidua diuer-
ſa ſm q̄titates ꝯtinuas:immo ſūt in vno coꝛpoꝛe ſubie
ctiue. Et foꝛte Ariſt.nō negauit multitudinē indiuiduo
rum ifinitam niſi illam multitudinē que ꝯſequit diuiſio
nem continui:⁊ eſt multitudo indiuiduoꝝ coꝛpoꝛaliuꝫ
magnitudines diuerſas habentium:ideo non valet.

¶ Aliter enim ⁊ in tempoꝛe manifeſtum eſt infi-
nitum ⁊ in hominibus:⁊ in diuiſione magnitu-
dinum omnino enim ſic eſt infinituꝫ in ſemper
aliud:⁊ aliud accipiendo:⁊ acceptum quidem
ſemp finitum eſſe ⁊c. Tex.com.LVII. Qō.XII.

Onſequenter queritur. Utrum magnitudo
ſit diuiſibilis in infinitum. ¶ Arguit pꝛimo
c ꝙ non.qꝛ ſi ſic. opoꝛteret ipſam aliquando
eſſe diuiſam in infinitū:cū oīs potētia dꝫ re
duci ad actum niſi ſit ocioſa: incōueniēs āt
eſt potētiā oīno eſſe fruſtra:vt habet ex ṗmo celi ⁊ mū.
T.c.32. q̄re ⁊c. Sꝫ ꝯn̄s eſt inconueniens ꝙ magnitudo ſit aliq̄n
actu diuiſa in infinitum qꝛ ſic eſſet multitudo actu infini
ta indiuiduoꝝ diuiſoꝝ ſm q̄titates:qꝺ eſt impoſſibile.
¶ Item ſi ſic tūc totum eſſet equale parti ⁊ econuerſo.
quod eſt impoſſibile ⁊ contra dignitatem illam que eſt:
ꝙ omne totū eſt maius ſua pte.ꝓbatio ꝯn̄e.qꝛ equalia
ſunt illa que habēt eq̄les diuiſiones:mō pars magnitu-
dinis cū ſit magnitudo erit diuiſibilis ī ifinitū ſicut ⁊ to-
ta magnitudo:⁊ ſic habebit equales diuiſiones pars ⁊
totū:cū vnū infinitū non ſit maius alio.q̄re ⁊c. ¶ Item
ſi magnitudo eſſet diuiſibilis in infinitū:tunc in magni-
tudine finita eſſet potētia ifinita:qꝺ eſt impoſſibile:qꝺ
T.c.80. pꝫ ex.8.huiuſ.⁊ ꝓbatur ꝯn̄a.qꝛ eſſe diuiſibile eſt habere
potentiam ad diuiſionē:vt maīfeſtum eſt vnicuiqꝫ:⁊ ſil'r
eſſe diuiſibile in ifinitū eſt habere potētiā ad diuiſioneꝫ
ifinitam. Potētia aūt ad diuiſionē infinitam eſt infini-
ta:vt manifeſtū eſt.ergo cū omnis magnitudo ſit finita:
vt ꝓbatū eſt ṗus:ſeq̄tur ꝙ infinita magnitudine erit vir
tus infinita vel potētia infinita:qꝺ eſt abſurdū. ¶ Iteꝫ
illud qꝺ nunq̄ eſt nec fuit nec erit eſt ipoſſibile:ſicut ne-
ceſſariū eſt qꝺ ſemp eſt fuit ⁊ erit.ſed ꝯtinuū nunq̄ fuit
diuiſum in ifinitū nec eſt nec erit:vt ꝯceditur. ergo ipm
eſſe diuiſum in ifinitum eſt impoſſibile. Ad impoſſibile
autem nulla eſt potētia:vt manifeſtuꝫ eſt.ergo nulla eſt
potentia in magnitudine ad diuiſum eſſe in infinitum.⁊
per ꝯn̄s magnitudo non eſt diuiſibilis in infinituꝫ.
¶ Oppoſitum. Arguit auctoꝛitate Ariſto.in iſto cap⁹ ⁊ T.c.57.
in.6.h⁹.⁊ auctoꝛitate Cōmētatoꝛis ⁊ oīum expoſitoꝝ. T.c.3.

## Ad queſtionem

dico breuiter ꝙ magni-
tudo ē diuiſibilis in ifini
tum:qꝛ qꝺ eſt diuiſibile in ſemp diuiſibilia ē diuiſibile in
ifinitum:qꝛ in tali ſemp remanet aliq̄d diuidēduꝫ. Sed
magnitudo ē diuiſibilis in ſemp diuiſibilia qꝛ aut eſt di
uiſibilis in ſemp diuiſibilia aut in indiuiſibilia ſimpl'r:ſꝫ
nō eſt dicēdum ꝙ ſit diuiſibilis in idiuiſibilia:qꝛ vnūqꝺ-
qꝫ eſt ꝯpoſitū ex illis in que ē diuiſibile:vt dr̄ in ṗmo hu
ius.⁊ eſt notū per ſe:ſed magnitudo nō eſt ꝯpoſita ex in
diuiſibilibus tanquā ex ptib⁹ quātitatiuis:qꝛ vnū indi-
uiſibile additū alteri nō cōſtituit aliq̄d maius:vt mani-
feſtū eſt cuilibꝫ itelligēti:⁊ declarat ſupꝛa ṗm de gn̄atio
ne.⁊ in.6.hui⁹.⁊ ī libello de lineis idiuiſibilib⁹. In iſtis T.c.2.
ēt locis oñditur multipl'r ꝙ nullū ꝯtinuū eſt compoſitū
ex indiuiſibilibus cōpōne quātitatiua:⁊ hoc ad pſens
ſuppono:q̄re relinquit ꝙ magnitudo non eſt diuiſibilis
in aliqua idiuiſibilia:imo in diuiſibilia ⁊ ſic eſt diuiſibilis
ī infinitū. ¶ Et circa hoc ꝯſiderandum eſt ꝙ magnitu-
dinem eſſe diuiſibilem in ifinitum realiter nō eſt aliud q̄
magnitudinē habere potētiā ad diuiſionē infinitam:ita
ꝙ diuiſio ifinita eſt quidaꝫ actus ad cuius receptionem
ipſa magnitudo hꝫ potētiā receptiuā:vel ſaltē ſubſtan
tia magnitudini ſubiecta hꝫ hmōi potētiā ꝑ ipſam ma-
gnitudinē. Duplex āt ē actus q̄tum ad ꝓpoſitū ſpectat.
Quidam ē actus pmanēs:⁊ quidam ſucceſſiuuſ. Actuſ
q̄dem ſucceſſiuus eſt ille q̄ nō hꝫ ſuas ptes ſimul exñteſ
ſꝫ ſibijnuicem ſuccedētes:vt dies nō hꝫ oēs ſuas parteſ
ſimul.ſ.mane ⁊ meridiem ⁊ hmōi:immo iſte ptes ſibijn-
uicem ſuccedūt:ita ꝙ vna parte exiſtente eſt potētia ad
aliam:⁊ illa alia adueniente adhuc ē potētia ad aliam.
Et ſil'r exemplificat phs de agone.i.de ludo q̄ celebrat
in monte olympi:illius.n.ludi agoniſtici partes nō erāt
ſimul oēs:ſꝫ ſibijnuicem ſuccedebant:⁊ hoc eſt videre in
omni motu vō ⁊ ꝯtinuo. Et talis actus dicitur act⁹ im-
perfectus ⁊ actus permixtus potentie ⁊ actus in fieri.
Actus aūt permanēs eſt ille q̄ non habet partes ſucce-
dentes:ſed aut nullas hꝫ partes ſicut vnitas ⁊ punctuſ.
aut partes habet ſimul exiſtentes:vt albedo nigredo ⁊
foꝛma ſoꝛtis ⁊ ſtatue:⁊ hmōi foꝛme habētes eſſe fixum
in ſubiecto:⁊ talis actus dr̄ actus perfectus ⁊ in facto
eſſe conſiſtens ⁊ non permixtus potentie ad aliam par-
tem gn̄andam. Modo cum dicimus ꝙ magnitudo hēt
potētiam ad diuiſionem infinitam:non ē intelligendum
ꝙ hmōi diuiſio ſit actus permanens qui aliquādo ſit to
tus ſimul ſm omnes ſuas partes.hoc.n.eſt impoſſibile
ſicut pꝛobant quedam rationes pꝛeinducte:ſed illa diui
ſio eſt actus impfectus ⁊ ſucceſſiuus cui⁹ vna pars alte-
ri ſuccedit ⁊ vna diuiſiōe exiſtēte in magnitudine adhuc
eſt in potētia ad aliam ⁊ ſic ſemp in ifinitum. Et hec eſt
doctrina Ariſto.i iſto caplo.vt manifeſtum ē inſpicienti
litteram. Unde diffinitur infinitum ꝙ ē illud cuius ſm
quātitateꝫ accipiētibus ſemp eſt aliquid accipere extra.
¶ Et eſt vlterius diligēter conſiderandum ꝙ ṗncipa-
lis cā intrinſeca q̄re magnitudo eſt diuiſibilis in infinitū
ē iſta:qꝛ ſicut ipſa magnitudo ṗncipaliter ꝯſequitur na- T.c.38.
turam materie:vt pꝫ ex.7.meta.⁊ Commētatoꝛ tāgit
in de ſuba oꝛbis:⁊ ſic potentia magnitudinis ad diui-

ſionem quodāmodo ꝑ̄ncipaliter ꝯſequitur ipſam mām ⁊ originaliter. vnde cum ipſa mā de ſe nō ſit quid finituꝫ nec determinatū aliquo termino:ſed potētia ad omnes actus:ideo ipſa potētia magnitudinis ad diuiſionē reci piendaꝫ eſt infinita ⁊ indeterminata. Et hoc forte ſenſit
Cō.59. Cōmētator cū dixit:ꝙ diminutio eſt ire ad nihil cuiꝰ cā eſt mā:ſꝫ additio eſt ire ad eſſe cuiꝰ cā eſt forma:īfinitas autem inuenitur per materiam ſicut finitas per formā.

**Ad primā** rōnem pꝫ ex dictis:non enim ponimus ꝙ magnitudo hꝫ potentiaꝫ ad diuiſionem infinitā ſicut ad actū pfectū.ſ.ſicut ad actuꝫ totum ſimul exiſtentē:ſed ſicut ad actū ſucceſſiuū ⁊ permixtuꝫ potentie:⁊ ideo nō ſequit̄ ꝙ magnitudo nūꝙ̄ ſit actu diuiſa in īfinitū. Diuiſa dico diuiſione ſimul exiſtente:ſed bene diuiditur in infinitū ſm ſucceſſioneꝫ diuiſionum. ¶ Ad aliud nego ꝯn̄am. Et ad ꝓbationē dico ꝙ illa que habēt diuiſiones eq̄les nūero ⁊ in partes equalis magnitudinis ſunt eq̄lia ſꝫ magnitudinē:ſed nō opꝫ illa eſſe equalia que habent diuiſiones equales numero in partes magnitudinis iequalis:nūc tota magnitudo ⁊ pars eius bn̄ habēt diuiſiones eq̄les numero.ſ.infinitas diuiſiones in potētia ⁊ in actu ſucceſſiuo ſed nō in ptes equalis magnitudis.magnitudo.n.decē pedū nō pōt diuidi in tātas ptes ſicut magnitudo.12.pedū ⁊ ſic de ceteris. ¶ Ad aliā dico ꝙ in magnitudine finita nō pōt eſſe virtus vel potētia īfinita actiua:vt pꝫ ex.8.huiꝰ.ſꝫ potētia paſſiua īfinita bn̄ pōt eſſe in magnitudine finita:vt pꝫ ī celo qđ eſt magnitudinis finite:⁊ tn̄ hꝫ potentiā infinitā receptiuā motus:vt pꝫ in.8.huiꝰ modo potētia magnitudinis ad diuiſionē eſt potētia paſſiua.q̄re.⁊c̄. ¶ Iteꝫ pōt dici ꝙ in magnitudine finita nō eſt potentia īfinita ſm extenſionē ſꝫ infinita ſm multitudinē pōt.vnde dico ꝙ magnitudo hꝫ potentiā ad diuiſionē:potētiā dico in infinitū multiplicatā ſicut ⁊ diuiſiones quas recipiēt in futuro erunt infinite. ¶ Ad aliaꝫ pꝫ ex dictis.magnitudinē eniꝫ eſſe diuiſaꝫ in infinitū diuiſione ſimul exn̄te tota nūꝙ̄ eſt nec fuit nec erit:ſꝫ ipſaꝫ diuidi in infinituꝫ ſucceſſiue bn̄ eſt ⁊ fuit ⁊ erit:hoc aūt modo hꝫ ipſa potentiam ad diuiſionem infinitam.quare nō valet ratio.

¶ Qꝫ autem ſcđm appoſitionem idem quodam modo eſt ei quod eſt ſcđm diuiſionem. infinitum enim ſecundum appoſitionem ſit econtra rio ⁊c̄. Tex.cōmē.LIX. Queſtio. XIII.

**C**Onſequenter querit̄. Vtrū per appoſitionē cōtingat excellere q̄ntācūq꞉ magnitudinem.

¶ Argr̄ ꝑmo ꝙ ſic.qꝛ ꝑ appoſitionē ꝯtingit excellere q̄ntācūq꞉ multitudinē ſꝫ phꝫ in lr̄a.g̊ per appoſitionē ꝯtingit excellere quātācūq꞉ magnitudinē per conuenientē ſilitudinē. ¶ Itē ſicut ſe hꝫ diuiſio ad minorationē ⁊ diminutioneꝫ:ſic appoſitio ad augmētationē ⁊ maioritatē.per ſimilitudinē ꝯuenientē:ſed per diuiſionē ꝯtingit excellere oēm paruitatē ⁊ fieri minus:vt manifeſtū eſt:⁊ docet Ariſto.in lr̄a.g̊ ⁊c̄. ¶ Item ꝑncipia mathematicoꝝ ſunt vā ⁊ neceſſaria:ſed vnū ꝑncipioꝝ mathematicoꝝ eſt ꝙ ad oēꝫ lineam eſt accipere maiorem:quod nō eſſet:niſi per appoſitionem contingeret ⁊c̄.minorem ponit Cōmentator in cōmento:vt prius allegabatur.

¶ Oppoſitum vult Ariſt.in littera.vult enim ꝙ per appoſitionem non contingit ⁊c̄.

**Ad queſtionē** intelligēdū ꝙ cuꝫ aliqua magnitudo diuidit̄ illud idē qđ per diuiſionē accipit̄ pōt apponi vel addi alteri magnitudini ꝑexn̄ti:⁊ ſic ꝓcedit̄ ſucceſſiue in diuiſione magnitudis nec ē ꝑuenire ad aliquā vltimā diuiſionē poſt quā nō poſſit eē alia diuiſio:ſic pōt fieri appoſitio ſucceſſiue in īfinitū ad aliā magnitudinē:imo ꝓꝑ̄e loquendo aliter nō ſit appoſitio ad magnitudinē aliq̄ niſi illđ qđ apponitur accipiat̄ per diuiſionē aliquā a magnitudīe ꝑiacēte:bn̄ tn̄ ꝯtingit ex minori q̄nto fieri maiꝰ q̄ntum ſine appoſitione magnitudis ꝑexn̄tis actu.ſ.ꝑ extractionē magnitudis ex potētia ad actū:vt ꝯtingit in rarefactiōe cū ex aq̄ gn̄at̄ ignis:ſꝫ nō eſt ibi ꝓꝑ̄e appoſitio ſꝫ magis generatio magnitudis. ¶ Ulteriꝰ ꝯſiderādū eſt ꝙ cū aliqua magnitudo diuidit̄ ⁊ apponit̄ alteri magnitudini nūꝙ̄ per appoſitionē talē ſit maior q̄ntitas quātitatiue aggregata ex magnitudinibꝰ illis quaruꝫ vna diuidit̄ ⁊ alteri apponit̄.vt gr̄a exēpli ſi ſint due linee quaꝝ vtraq꞉ ſit.10.pedū ſi vna diuidat̄ ⁊ alteri apponat̄ nūꝙ̄ excellit̄ magnitudo.20.pedū:imo ſine dubio nūꝙ̄ per talē appōnē ꝯſtituet̄ magnitudo.20.pedū:qꝛ ſemꝑ remanet aliquid diuidendū.i.aliquid apponēdū:dūmodo ſolum apponatur id quod per diuiſionem accipitur.

**Tunc dico** ad q̄ōnē tria. Primo dico ꝙ ꝑ diuiſionē ꝯtingit excellere q̄ntācūq꞉ paruitatē.2° dico ꝙ ꝑ appoſitionē ꝯtingit excedere oēꝫ multitudinē ꝑexn̄tē finitā ⁊ determinataꝫ.3° ꝙ per appoſitioneꝫ quātitatis nō ꝯtingit ⁊c̄. ¶ Primū ꝓbat̄.qꝛ oīs pars eſt minor ſuo toto:ſꝫ ſemꝑ acceptū per diuiſionē ab aliq̄ magnitudine eſt pars totiꝰ magnitudis ꝑexn̄tis vt manifeſtū eſt.g̊ ſemꝑ illđ acceptū eſt minꝰ illa magnitudine tota que ꝑexiſtebat. ¶ Sꝫ poſſet ſic argui.illius ꝑuitatē ꝯtingit excellere per diuiſionē:cuiꝰ partem ꝯtingit accipere ꝑ diuiſionē.h̄ eſt euidēs:qꝛ ſemꝑ pars ē minor ſuo toto:ſꝫ oīs magnitudis ꝯtingit accipere partē:per diuiſionē cū magnitudo ſit diuiſibilis in infinitū: vt ꝓbatū eſt ꝑus. ¶ 2^m ꝓbat̄.qꝛ omne totū excellit ſuā partē ⁊ eſt maius:ſed per appoſitionē vnitatis ad q̄ntācūq꞉ multitudinē preexn̄tē ſit aliq̄ multitudo q̄ eſt totū reſpcū multitudis ꝑexn̄tis.quare ⁊c̄. Et pōt ſic cōponi ſyllus. Per illđ pōt excelli q̄cūq꞉ multitudo determinata ꝑexn̄s per qđ q̄libꝫ multitudo ꝑexn̄s ſit pars alteriꝰ multitudis ꝯſtitute:h̄ eſt euidēs:qꝛ ſemꝑ pars oīs excellit̄ a toto:ſꝫ per appōnē ad q̄cūq꞉ multitudinē ꝑexn̄teꝫ ipſa multitudo ꝑexn̄s ſit pars multitudis ꝯſtitute:vt numerus ptiū ligni ſit nūc.10.⁊ vnū lignū diuidat̄:tūc addit̄ vnitas ⁊ fiet vndecim qđ eſt totū qđdā ad decē:ſilr aūt ⁊ in alijs.Vn̄ cū magnitudo ſit diuiſibilis in īfinitū: ⁊ per quālibꝫ diuiſionem addat̄ vnitas vel vnitates ad numerū ꝑexn̄tē manifeſtū eſt ꝙ per appoſitionē ꝯtingit excellere q̄ntācūq꞉ multitudinē. ¶ Sed vtrū per diuiſionē quālibet magnitudis addat̄ vnitas ſolū vel vnitates due neſcio bonū eſt inq̄rere. Verbi gr̄a.ponamꝰ ꝙ vnū lignū nūc ſit diuiſuꝫ in duas ptes:⁊ vlteriꝰ vna illaꝝ diuidat̄ in duas ptes nō dicemꝰ ꝙ ſint niſi tria ligna. Quero igit̄ vtrū in vtroq꞉ illoꝝ lignoꝝ que diſtincta ſunt ꝑ diuiſionē cauſata ſit vnitas vel ſolū in vnoq̊q꞉ illoꝝ vel nullo. Si in vtroq꞉ g̊ gn̄ate ſūt due vnitates ⁊ ꝑus erāt due ⁊ ſic erūt q̄tuor ligna:qđ ē falſū. Si ī vno ſolū cāta ſit vnitas hoc eſt fictitiū qꝛ nō eſt rō:q̄re in vno magiſq̄ in alio vt manifeſtū eſt cuilibꝫ ītelligēti:ſꝫ in nullo illoꝝ facta eſt vnitas.g̊ nō ſunt niſi duo vt ꝑus qđ eſt ꝯ ſenſū. Diceret̄ ad h̄ ꝙ ī vtroq꞉ diuiſoꝝ facta ē vnitas. Et cuꝫ dicis.g̊ cū due vnitates ꝑexn̄t ⁊c̄. Dico ꝙ due vnitates bene ꝑexiſtebant:ſed per diuiſionē vna illaꝝ corrumpitur.ſ.vnitas que ꝑexiſtebat in illa pte que diuidit̄ ⁊ due generant̄. Sꝫ mirū eſt quomodo vna ⁊ eadē actio corrumpit vnitatem ⁊ generat vnitatē:ſcilicet illa diuiſio. Inquire de hoc veritatem nolo plus dicere ad preſens.

Tertium declaratur: q2 pars non pōt excellere ſuū totum: hoc eſt euidens: ſed illud qđ conſtituitur per appoſitionē ad magnitudinē eſt pars reſpcū toti⁹ aggregati ex magnitudine que diuidit: ꝛ magnitudine cui apponitur dūmodo illud qđ addit ſit ſumptum per diuiſionem ex magnitudie preexñte. Et ſi vna tota magnitudo preexiſtens addatur alteri toti magnitudini: tunc nō excedetur magnitudo aggregata ex ambab⁹ vt ſi linea.10.pedum addatur linee.10.pedū nō excedet linea.20.pedū: ꝛ ſic in oībus alijs. qre ꝛc. Et ꝓbat idem rōne Ariſt. in lr̄a. ſi per appoſitionē ɔtingeret excedere q̄tācūq3 magnitudinem determinatā: tunc ɔtingeret excellere magnitudinem celi: ꝛ hoc eſt euidens. Et ſic poſſet eſſe ma
T.c.69. gnitudo maior magnitudīe celi: ꝛ hoc eſt qđ dicit Ariſt. Eſſet eni3 aliqđ celo mai⁹. Sed ſi eſſet magnitudo maior celo: neceſſe eſſet ea3 eſſe extra celum: hoc etiam eſt manifeſtū. Illa igit magnitudo vel eſſet finita vel infinita: ſi infinita hoc ē impoſſibile: vt ṗus patuit. ſi finita hoc nō pōt ſtare: q2 aut eſſet terminata termino corporis celeſtis aut termino nāe elemētaris: aut termino alicuius mixti. Nō ṗmo modo: q2 ſic extra celu3 eſſet nā celeſtis qđ eſt impoſſibile: nec ſcđo modo: q2 extra celu3 nō pōt
T.c.99. eſſe aliqua nā elemētaris vt demōſtratū eſt in ṗmo celi ꝛ mūdi. Simılr̄ nec 3° modo: q2 impoſſibile eſt eē aliqđ
T.c.69. mixtum extra celū. quare ꝛc. Itē arguit Ariſt. in lr̄a q̄tācūq3 contingit eſſe magnitudinē in potentia tantam ɔtingit eſſe actu: licet non ſit ita de multitudine: vt dicit: ſi igitur in infinitū pōt augeri magnitudo per appoſitionē ꝛ fieri maior quacūq3 magnitudine: ſequit ꝙ actu poteſt eē magnitudo īfinita: qđ eſt īpoſſibile. S3 queritur quare quātacūq3 eſt magnitudo in potētia tanta eſt
Cō.69. magnitudo actu: ꝛ nō eſt ſic de nūero. Rñdet Cōmētator ꝛ multū obſcure: tñ forte vult dicere ꝙ cā huius eſt: q2 potentia ad magnitudinē infinitā ſi eēt: eſſet potētia ad aliquid vnū indiuiduū totū ſimul exñs: ꝛ iđ oporteret ꝙ aliqñ ſimul eſſet infinita magnitudo: ſed potentia ad numer3 infinitū non eſt ad aliqđ vnū indiuiduu3 totum ſimul exñs: ſed ſucceſſiue: ſicut ꝛ diuiſio magnitudinis eſt infinita ſucceſſiue ꝓcedendo. Uel forte intelligit Cōmētator ꝙ cauſa illi⁹ diuerſitatis eſt: q2 cū magnitudo ſit vna q̄titas continua potentia ad additionē: que eſt in ipſo eſt vna potentia: ꝛ ſi eſt potētia ad additionē infinitam: illa erit qñq3 actu ſimul vel eſſet fruſtra: vt dicit: ſed numer⁹ nō eſt vnū ɔtinuū: ꝛ iđ in ipſo nō eſt vna potētia ad additionē ſ3 plures potētie que nō ſunt partes vnius poſſibilitatis determinate: ꝛ iđ non op3 ꝙ ſit ſimul actu infinitus numerus per appoſitionē infinita3.

ſuper terraʒ.vt habetur 6°. topicoꝝ.latio auteʒ ſolis ſu
per terram eſt pars motus celi.quare ⁊c̄. ¶ Item.nihil
eſt menſura extrinſeca omnium motuuʒ inferioꝛum niſi T.c.114
pꝛimus motus.vt patet in 4°:ſed tempus eſt mēſura ex
trinſeca omnium motuum iſtoꝝ inferioꝛum. quare ⁊c̄.
¶ Item menſura ⁊ menſuratum ſunt vnigenea. vt vult

Ariſt.in iſto 4° ⁊ Cōmētatoꝛ in penultimo cōmento
huius capituli.ſed tempus eſt menſura pꝛimi motus.vt
vult Ariſtote.quare ⁊c̄.
¶ Oppoſitū arguiť per pħm in littera.q̇ vult ꝙ tp̄s nō ē
circulatio.⁊ hoc eſt motus p̃mus.vt pꝫ in 4° huius.
Ad queſtionē poſſunt dici duo:pꝛio ꝙ tp̄s
nō eſt motus abſolute.2° ꝙ
tempus nō eſt motꝰpꝛimꝰ.ſ.pꝛima circulatio. ¶ Pꝛimū
pꝫ ſic.motus non eſt vnus in omni loco:ſed tp̄s eſt vnuꝫ
in omni loco.quare ⁊c̄.Maioꝛ pꝫ.ꝙ motus eſt in moto
⁊ omne motū eſt in aliquo vbi:⁊ plura mota in pluribꝰ
vbi.ergo ⁊ plures motꝰſunt in pluribus vbi.⁊ ſic motuſ
nō eſt vnus in omni loco.Et minoꝛ pꝫ.qꝛ tp̄s ſaltē p̃mo
⁊ p̃ncipalr̄ dictum eſt menſura extrinſeca oīuꝫ motuuꝫ
exiſtentiū in quocunqꝫ loco.Menſura aūt extrīſeca pōt
eſſe vna omniū menſurabiliū ſicut vna vlna pōt menſu-
rare oēs pānos:⁊ hmōi.q̄re ⁊c̄. ¶ Sed aliqui dubitāt
ꝙ iſta ratio nō cōcludit tēpus nō eſt motū p̃mū:qꝛ ſicut
tēpus vt eſt menſura extrinſeca eſt vnū in omni loco:nō
quidē inherenter ⁊ inexiſtēter ſed aſſiſtēter:ſic etiam pꝛi
mus motus vnus eſt apud oīa mobilia aſſiſtēter ⁊ nō i-
exiſtenter:⁊ ſic ratio nō cōcludit quin tēpus ſit motꝰ pꝛi
mus. ¶ Ad hoc dicunt aliqui ꝙ motus p̃mus pōt cōſi-
derari duplr̄.Uno mō ſm̄ eſſentiā ſuaꝫ.Alio mō ſm̄ ꝙ
menſura alioꝝ motuū.Si pꝛimo modo.ſic nō debeť ei
ꝓpꝛie eſſe vnū apud omnia.⁊ ſic ꝯcludit Ariſto. ꝙ tp̄us
nō eſt motus eſſentialiter ⁊ quiditatiue.Alio mō poteſt
cōſiderari motus pꝛimus ſꝫ ꝙ eſt mēſura alioꝝ motuū.
⁊ ſic eſt bene vnus in omni loco aſſiſtenter vt dictū eſt:⁊
hoc modo ratio Ariſto.nō cōcludit tēpus non eſſe mo
tū pꝛimū.Dicunt tn̄ iſti ꝙ licet tēpus ſit mēſura per ſe.⁊
ſimiliter pꝛimꝰ motus ſit menſura hoc eſt diuerſimode.
Nam tēpus eſt menſura per ſe perſeitate p̃mi modi:qꝛ
in eiꝰdiffinitōe accipiť eſſe menſurā aliquo mō vt dicūt:
ſed motus pꝛimꝰ eſt per ſe menſura ꝑſeitate ſecundi mo
di.Et foꝛte ſic intelligunt ꝙ tēpus eſſentialr̄ eſt id qȯ eſt
menſura:ſed nō eſt idē eſſentialiter cū eo qȯ eſt eſſe men
ſuraꝫ cū eſſe mēſurā ſit q̄d relatiuū ⁊ tēpus ſit quid ab-
ſolutū. ¶ Aliter poſſet dici ad dubitationē ꝙ nec Ariſ.
intendit cōcludere per illā rationē ꝙ tēpus nō ſit p̃mus
motus:ſed ſolū ꝙ tēpus nō ſit motus abſolute. ¶ Iteꝫ
T.c.96. alia ratio Ariſt.eſt ad hoc.omnis motus ē velocioꝛ aut
tardior alio motu ſupple.ſed tēpus non eſt velocius nec
tardius.quare ⁊c̄.maioꝛeꝫ recipit Ariſt.pꝛo manifeſta:
⁊ foꝛte cōceſſa fuit ab omnibꝰ:⁊ minoꝛē ꝓbat.qꝛ velox
⁊ tardū determinanť tp̄e:vt velox ē qȯ in pauco tēpoꝛe
multū moueť:⁊ tardū eſt qȯ in multo tēpoꝛe paꝝ moue
tur:ſed tp̄s nō determinať tēpoꝛe:ſiue tp̄s accipiať q̄tū
ad ſuā quātitatē ſiue quo ad quale.i.quantū ad ſuā qua
T.c.63. litatē. ¶ Scōm oſtēdiť per Ariſt.in lr̄a ſic pars circula
tionis nō eſt circulatio.ſed pars tēpoꝛis eſt tēpus vt di-
es ⁊ nox:g̊ tēpus nō ē circulatio. ¶ Aliter poſſet ſic ſil-
logizari.ſi tēpus eēt circulatio tota:tūc pars circulatio
nis eſſet circulatio:qꝛ pars tēpoꝛis eſt tempus.
¶ Cōtra iſtam rōnem aliqui ſic inſtant: per ſimilē rōneꝫ
poſſet ꝓbari ꝙ aīal nō eſſet ſubſtantia animata ſenſibil:
qꝛ pars ſubſtātie aīate ſenſibilis eſt ſubſtantia animata
ſenſibilis.pars aūt aīalis non eſt aīal.ergo aīal non eſt
ſubſtantia animata ſenſibilis. ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ ſub
ſtantia aīata ſenſibilis pōt accipi dupliciter. Uno mō ꝓ
omni eo cuius mā participat aīam ſenſitiuā ſiue perfecti
ue.⁊ ſicut p̃mū perfectibile ſiue potētialiter ⁊ ſicut pars
in toto.Alio mō pōt accipi pꝛo aliquo ꝯpleto ⁊ ꝑfecto
in genere cuius mā participat aīam ſenſitiuam ſicut pꝛi-
mum ꝑfectibile.Pꝛimo mō pars ſubſtantie animate ſen
ſibilis eſt ſubſtantia ⁊c̄.Sed ſcōo mō ſubſtātia aīata ſen
ſibilis eſt diffinitio animalis. ¶ Ad foꝛmā rōnis cum di
citur.pars ſubſtantie animate ſenſibilis ē ſubſtantia ⁊c̄.
Uerū eſt accipiendo ſubſtantiā animatā ſenſibilē ꝓ aliq̄
iperfecto:cuius mā participat ſenſum:ſicut pars in toto
non ſicut p̃mum ꝑfectibile.Et cū diciť ꝙ pars aīalis nō
eſt animal.Concedať.⁊ iō volo ꝙ aīal nō eſt ſubſtantia
animata ſenſibilis illo modo:ſed cū hoc ſtat ꝙ ſit ſubſtā
tia animata ſenſibilis alio modo. ¶ Item aliter pōt di
ci.ꝙ ſicut pars ſub̄e animate ſenſibilis eſt ſub̄a aīata ſen-
ſibilis iperfecta nō ſicut aliqȯ ꝯpletū in ſpē vel i genere:
ſic pars aīalis eſt aīal iperfecte:nō ſicut aliquid cȯpletū
in genere:⁊ iō nō valet illa rō. ¶ Alia rōne arguit Ari.
ſic.ſi tēpus eſſet motus p̃mus:tunc ſi eſſent plures celi.i. T.c.92.
plures mundi vt poſuerunt aliqui ſequereť ꝙ eſſent plu
ra tp̄a:ſed hoc eſt incōueniens.q̄re ⁊c̄.Falſitas icōueniē
tis recipiť ab Ariſ.ꝓ manifeſta:ſi eni eēnt plures mundi
adhuc non ſequereť ꝙ plura tēpoꝛa eſſent.⁊ ꝯn̄a pꝫ.⁊ ē
euidēs.qꝛ ſi eſſent plures mūdi eēnt plures p̃mi motꝰ:⁊
ſic ſi tp̄s eſt idē oīo cū motu pꝛio:tunc ſi eſſent plꝭes mun
di eſſent plura tēpoꝛa:quā ꝯn̄am reputat Ari. falſaꝫ.
¶ Sed ꝯ̄ iſtam rōnē dubitať multū rationabiliter.qꝛ vi
deť ꝙ illa cōditionalis quā Ariſto.reputat ipoſſibilē ſit
neceſſaria ſm̄ eū.ſ.iſta.ſi eſſent plures mundi eēnt plura
tēpoꝛa:qȯ ꝓbať.qꝛ multiplicato ſub̄o mlr̄iplicať paſſio.
hoc eſt notū:ſed ſi eēnt plures mundi:tūc ſub̄m tēpoꝛis
eſſet multiplicatū:eēnt eni plures motꝰ p̃mi:⁊ p̃mꝰ mo-
tus eſt ſubꝫ tempoꝛis.q̄re ⁊c̄. ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ tp̄s
pōt cōſiderari duplr̄.Uno mō pōt conſiderari ſm̄ ꝙ eſt
paſſio motus.Alio mō pōt conſiderari ſm̄ ꝙ eſt menſu
ra extrinſeca alioꝝ motuuꝫ qui ſunt hic.Si p̃mo modo
cōſiderať.ſic bn̄ ſeq̄tur ꝙ ſi eēnt plures celi ꝙ eēnt plura
tēpoꝛa ſicut arguebať:ita ꝙ iſta cōditiōalis vera ē.ſi eſ-
ſent plures celi:tūc tp̄a eſſent plura ſm̄ ꝙ tp̄s eſt paſſio
motus nihil.eni ꝓhibet cōditionalē eē veraꝫ:cuius aīs
eſt ipoſſibile.vt vult Cōmē.in 7° ⁊ 8° hꝰ. Sed ſi cōſide
reť tp̄s ſm̄ ꝙ eſt menſura extrinſeca.ſic nō ſequereť ꝙ ſi Com.2.
eſſent plures celi ꝙ eēnt plura tp̄a tanq̄ menſure extrin Cō.79.
ſece motuū:qꝛ mēſura extrinſeca nō nec̄io multiplicatur
ſm̄ multiplicationē mēſuratoꝝ.Un̄ ſi eſſent plures mū
di:nō tn̄ ſequereť ꝙ nec̄io opoꝛteret eſſe plura tēpoꝛa
tanq̄ menſuras extrinſecas neceſſario req̄ſitas ad mēſu
rationē oīum motuū:imo ad hoc vnū tp̄us ſufficeret vt
eſſet mēſura oīum motuū.Sed ſi motꝰ p̃mus eſſet oīno
idē qȯ tp̄s ⁊ ecōuerſo.ſequereť ꝙ ſi eēnt plures mundi
eſſent plures motꝰ p̃mi ⁊.plura tp̄a.Sꝫ iſtud nō oīo ſuf
ficit.qꝛ ſicut ſm̄ Ariſt.nō ſufficiēter ſequiť ꝙ ſi eēnt plu-
res mūdi ꝙ eēnt plura tp̄a tanq̄ mēſure extrinſece:imo
adhuc vnū tp̄s ſufficeret ad menſurādū oēs motus.ſic ſi
eſſent plures mūdi nō opoꝛteret eē plures motꝰ tāq̄ mē
ſuras extrinſecas oīum motuū:ſed ſufficeret vnꝰ.Et ſic ſi
tp̄s eſſet idē cū motu ⁊ ponerenť mūdi eē plꝭes.Adhuc
non ſequereť tp̄s eſſe nec̄io multiplicatū rōne qua mēſu
ra extrinſeca:ſicut nō ſequereť motum eē multiplicatum
vt menſura extrinſeca.Et ſic non magis valet iſta conſe
quentia ſm̄ poſitionem que ponit tempus eſſe motuꝫ q̄
ſm̄ poſitionē que dicit tēpus nō eſſe motū.Quōcūqꝫ eni
iſtoꝝ ponatur non videť ſequi ꝙ ſi plures eſſent mūdi ꝙ
eſſent plura tēpoꝛa ſm̄ ꝙ tēpus eſt mēſura extrinſeca.⁊
ſic ex illa poſitiōe ꝙ tēpus ſit motus p̃mus nō ſequiť illā
falſaꝫ cōditionalē inferri:q̄ dicit ſi eēnt plꝭes mundi eēnt
plura tēpoꝛa ſm̄ ꝙ menſure extrinſece.ꝓpter ꝙ rō Ari.
nō videť valere.Et foꝛte diceret ꝙ Ariſt.nō intēdit illā
ꝯditionalē eē falſaꝫ ſimplr̄.ſꝫ ſꝫ poſitionē ⁊ opiōnē illo
rū qui ponebant plures mūdos:ipſi eni cōcedebāť ꝙ nō

poteſt eſſe niſi vnū tempus: ⁊ ꝙ ꝗuis ſint plures mundi tñ non eſt niſi vnuꝫ tempus: ⁊ ſic apud eos erat impoſſibile ꝙ ſi ſint plures mundi ſint plura tēpoꝛa: ⁊ tñ hoc ſe queret ſi tempus eſſet motus ꝑmus. Sed nec iſtud ſufficeret: qꝛ per eandē rōneꝫ poſſet Ariſt. ꝓbari ꝙ tempus non ſit paſſio mot⁹: qꝛ hoc poſito ſequeretur ꝙ ſi eſſent plures mundi plura eſſent tēpoꝛa: cū paſſio multiplicet̄ ſm multitudinē ſubiecti. Et ſi dicas ꝙ Ariſto. concederet iſtam negando opinionē ponentiū plures mundos: ſic alıq̄ qui ponunt tempus eſſe motū concederent illam contradicendo ponentib⁹ plures mundos: ⁊ ꝓpter iſta multū dubito in iſta rōne Ariſt. ¶ Et foꝛte dicendū ꝙ ſi eſſent plures mundi ⁊ plureſ motus ꝑmi: nullus illoꝝ motuū poſſet eſſe menſura omniū alioꝝ: qꝛ motus ꝓpe non eſt menſura alterius motus niſi ſit cauſa illius: nunc aūt ſi plures eſſent mundi vnus illoꝝ motuuꝫ qui eſſent ꝑmi nō eſſet aliquo mō cā alterius: qꝛ ambo eſſent eque ꝑmi. ⁊ iō vn⁹ illoꝝ motuū nō poſſet eſſe mēſura extrinſeca oīuꝫ alioꝝ motuū: ꝓpter quod opoꝛteret ꝙ ambo motus ꝑmi illoꝝ duoꝝ mūdoꝝ eſſent mēſure extrīſece alioꝝ motuū: qꝛ ꝑm⁹ mot⁹ vni⁹ illoꝝ duoꝝ mūdoꝝ nō eſſet cauſa motus ꝑmi alterius mundi nec alioꝝ motuū illius alterius mundi: ⁊ ſic: non eſſet menſura oīum aliorū motuū: ſꝫ ſolū eſſet menſura motuum illius mundi in quo eſſet ꝑmus ⁊ ſimilr̄ de alio. Sed tēpuſ nō menſurat motus inferioꝛes eo ꝙ ſit cā eoꝝ: ſꝫ per replicationē alicuius partis ſue que aliquotiēs ſumpta reddit ꝗtitatem motus menſurati: ſicut vlna non menſurat pannū: qꝛ ſit cā eius: ſed alio modo pꝛedicto. Vñ ſi eſſent plures mūdi: adhuc vnū tēpus poſſet eſſe menſura extrinſeca oīuꝫ motuū amboꝝ mundoꝝ: qꝛ nō opoꝛteret ad hoc ꝙ mēſuraret ipſos motus ꝙ aliquā cauſalitatē ſup eos haberet. Et foꝛte diceret̄ ſimilr̄ ad hoc ꝙ vnus motus mēſuret alios: accidit ꝙ ſit cā illoꝛuꝫ. ⁊ ſic exñtibus pluribus mundis ⁊ pluribus motibus quoꝝ vnus non erit cauſa alterius. adhuc vnus illoꝝ poterit eſſe mēſura extrinſeca oīum alioꝝ. Dicendū ꝙ motus non poteſt eſſe ꝓpꝛie menſura alicuius motus niſi ſit cauſa illius. ideo ⁊c̄. Eſt aūt ꝯſiderādū vlterius ꝙ motus pōt accipi duplr̄: vt dictū fuit in. 3. Uno mō pꝛo perfectione fluēte: cuius vna pars generat̄ poſt aliā. Alio modo ꝓ ipſo fluxu ꝯtinuo qui dicit̄ ſucceſſio ſeu motus ſeu duratio ⁊ extēſio ſucceſſiua. Et ꝑmo quidē modo tēpus nō eſt eſſentialr̄ motus qꝛ motus ſic ſumptus eſt in tribus generibus. ſ. q̄litate ⁊ ꝗtitate ⁊ vbi. tēpus aūt eſt ꝗtitas. Sꝫ ſi accipiat̄ mot⁹ pꝛo fluxu continuo qui eſt ſucceſſio ſiue duratio motus. Adhuc pōt ꝯſiderari duplr̄. Uno mō ꝗtum ad ſui receptionē: qꝛ recipit̄ in mobili: ⁊ ſic eſt paſſio. ſic̄ eniꝫ virtus paſſiua idem eſt ꝙ v̄tus receptiua ſm oēs. ſic paſſio idē videt̄ eſſe qȯ receptio. Alio mō pōt ꝯſiderari ipſa ſucceſſio ſiue duratio cōtinua ꝗtum ad id qȯ ipſa eſt: ⁊ ꝗtum ad ſuā eſſentiā ⁊ quidditatē: ⁊ ſic eſt tēpus: cū enī iſta duratio cōtinua ⁊ extenſio ſucceſſiua ſit quedam quātitas: ⁊ non eſt linea nec ſuperficies nec coꝛpus nec oꝛatio nec numerus: quid relinquitur ipſam eſſe niſi tempus.

## Ad rationes.

Ad ꝑ^{am} cū dicit̄. ꝑus ⁊ poſteri⁹ ⁊c̄. pōt dici ꝙ veꝝ ē accipiendo iſtā ꝓ ſucceſſione ꝯtinua cui⁹ vna ps eſt ꝑoꝛ ⁊ alia poſterioꝛ. ⁊ accipiēdo motū pꝛo fluxu ꝯtinuo. ⁊ ſic ꝯcedo ꝙ tps eſt eēntialr̄ mot⁹. ¶ Cōſiderādū aūt circa rationē ꝙ lꝫ ꝑus ⁊ poſterius ipſius ſucceſſionis ⁊ durationis ſucceſſiue ſit eſſentialr̄ tēpus: tñ non ſignificant̄ hoc noīe tēpus niſi ſub rōne determinata. ſ. vt ſunt numerabilia ⁊ diſtinguibilia abinuicē: ⁊ iſta aptitudie diſtinguēdi ⁊ numerādi paſſiue hñt de ſui nā extra aīaꝫ: ſꝫ actualis diſtinctio ⁊ diſcretio ipoꝝ ſm determinationē nō eſt niſi ab aīa que compꝛehendit ea ſeoꝛſuꝫ ⁊ diuiſim cōpꝛehenſionibus diſtinctis ⁊ nō cōtinuis ſiue diſcontinuatis. ¶ Ad aliā per dicta pꝫ ſolutio: partes eniꝫ tempus ſunt partes motus accipiēdo motuꝫ pꝛo fluxu cōtinuo ipſorum vbi in mobili. ⁊ ſic intelligendū eſt tps eſſe motum. ¶ Ad aliud cū dr̄. nihil eſt mēſura ⁊c̄. veꝝ eſt ſic̄ cā. ſꝫ aliter bñ pōt. Et cū dicit̄: ꝙ tēpuſ eſt mēſura ⁊c̄. veꝝ eſt nō ſicut cā per ſe ⁊ ꝓpꝛie ſed alio mō: vt tactū eſt. q̄re ⁊c̄. ¶ Ad aliā cū dicit̄. mēſura ⁊c̄. pōt dici ꝙ veꝝ eſt: ⁊ ideo volo ꝙ tēpus mēſurans motū eſt idē eſſentialr̄ vel eiuſdē generis cū motu vt mēſuratus eſt. ſ. ꝗtum ad ſuū fluxū ⁊ durationē ſeu moꝛā ⁊ extenſionē ſucceſſiuā. Qualr̄ aūt tps mēſurās ſit motū videbit̄ poſt.

## Qō. XIX.

COnſequēter q̄rit̄. An diffō tēpoꝛis ſit cōueniēter aſſignata. Eſt aūt diffō tēpoꝛis ſꝫ Ari. numer⁹ mot⁹ ſm ꝑus ⁊ poſteri⁹. T.c.101

¶ Et arguit̄ ꝑmo ꝙ nō. qꝛ nūeratio numeri mot⁹ nō eſt numer⁹ mot⁹. hec vr̄ maniſeſta de ſe. ſꝫ tps eſt numeratio numeri Cō.101 mot⁹ ſm Cōmē. in iſto. 4. ¶ Itē numeratū ꝑoꝛis ⁊ poſterioꝛis mot⁹ nō eſt nūerus mot⁹. hec ē maniſeſta: ſꝫ tps Cō.101 eſt nūeratū ꝑoꝛis ⁊ poſterioꝛis mot⁹ ſꝫ Cōmētatoꝛē: q̄ dic̄ ꝙ diffō tpis in qua nō eſt dubitatio eſt ꝙ tps eſt nūeratū ꝑoꝛis ⁊ poſterioꝛis exñtiū in motu. ¶ Item ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu nō eſt numer⁹ mot⁹. h̄ pꝫ. ſꝫ tps ſꝫ Cōmētatoꝛē ē ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu. ⁊ h̄ dic̄ i cōmē. 13° h⁹ capl'i de tpe. ¶ Itē ſi tps eēt numer⁹ aut eēt numer⁹ quo Cō.99 nūeramus. ⁊ h̄ nō ſtat: qꝛ ſic eēt ꝗtitas diſcreta. aut eēt numer⁹ numerat⁹. ſ. res numerata. ⁊ h̄ nō vr̄ ſtare: qꝛ ipe motus ſic eſt numer⁹ numerat⁹. ſ. res nūerata. Deinde arguit̄ ꝯtra illā particulā. ſ. ꝑus ⁊ poſteri⁹: qꝛ ſi tps eēt numerus motus ſm ꝑus ⁊ poſterius. aut intelligit̄ de ꝑoꝛi ⁊ poſterioꝛi que ſunt ꝑtes mot⁹: aut de ꝑoꝛi ⁊ poſterioꝛi que ſunt mutata eē. nō ꝑmo mō: qꝛ pars ꝑoꝛ ⁊ ꝑs poſterioꝛ mot⁹ ꝯtinuant̄ adinuiceꝫ. ⁊ ſic nulla eſt earū diſcretio nec per ꝯñs nūerus. Nā ꝯtinuū ⁊ diſcretū opponuntur. g̊ tps nō eſt nūerus motus ſm ꝑtes ipſi⁹ motus. q̄rū vna eſt ꝑoꝛ ⁊ alia poſterioꝛ. nec eſt dicendū ꝙ per ꝑus ⁊ poſterius intelligant̄ mutata eē: qꝛ cū ipa mutata eē ſint diſcreta abinuicē. ſic ſequeret̄ ꝙ tps eēt numer⁹ diſcretoꝝ vel numer⁹ mot⁹ ſm aliq̄ diſcreta. ⁊ per ꝯñs nō eēt numer⁹ numerat⁹: ſꝫ numer⁹ quo numeram⁹. ¶ Itē tps cū ſit ꝗtitas nō dꝫ diffiniri ꝑ relōnē: ſꝫ ꝑus ⁊ poſteri⁹ ſūt relatiua vt notū eſt. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē ſi tps diffinit̄ per ꝑus ⁊ poſteri⁹ circlus erit in diffōnib⁹: qꝛ ꝑus ⁊ poſteri⁹ diffiniunt̄ tpe. ¶ Itē Cōmētatoꝛ dic̄ in cōmē. 43. h⁹ capl'i. Cō.129 ꝙ ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu diffiniunt̄ ꝑ tps. g̊ ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu nō diffiniūt tps: qꝛ ſic eēt mãifeſte circulatio. ¶ Oppo^{m} arguit̄ auc̄te Ariſt. in iſto ca° vbi iueſtigat iſtā diffōnē. tempus eſt numerus motus ſm ꝑus ⁊ poſteri⁹.

## Ad queſtionem

dōm ꝙ iſta diffō eſt bona ad cui⁹ iueſtigatiōeꝫ Ari. T.c.97 inq̄rit ꝑmo ꝙ tps eſt aliq̄d ipſi⁹ mot⁹. ⁊ h̄ ſic. Illȯ qȯ nō ꝑt app̄hēdi niſi app̄hēſo motu ⁊ nō ē mot⁹ ē aliq̄d ipſi⁹ mot⁹. hec eſt maniſeſta: ſꝫ tps nō eſt mot⁹: vt ꝓbatū fuit ꝑus ⁊ nō pōt app̄hēdi niſi app̄hēſo motu: ſic̄ mãifeſtū ē ⁊ exēplificat Ari. de doꝛmiētib⁹ apȯ hereos: qui fabulabant̄ doꝛmiuiſſe ꝑ magnū tps. ⁊ cū ipi cōputauerūt nūc in q̊ iceperūt doꝛmire: cū nūc in q̊ expgefacti fuerūt ⁊ nō ꝑceperūt motū itermediū: ⁊ iō nō ꝑceperūt illȯ tps. Et Cōmētatoꝛ ibidē dic̄ ſic. Cū nos nō ꝑcepim⁹ nec imaginati fuerim⁹ motū factū iter duo extrema: ſꝫ extimauerimus ꝙ null⁹ mot⁹ fact⁹ ſit i nobis neqꝫ i aliȷ̄s: ſꝫ ꝙ nos ſimus i eē idiuiſibili tūc nō ꝑcipim⁹ tps. Et ſic mãife^{m} ē ꝙ Cō.97

appꝛehenſio tēpoꝛis dependet ex appꝛehenſione mot⁹.
quare ꝛc. ¶ Ulterius inquirit Ariſt. ſm qd tēpus ipm
eſt aliquid mot⁹. Et ꝓbat ꝙ rōne pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛis tē
pus ſequit motū: vel eſt aliquid ipſius motus. ꝛ hoc ſic.
tempus eſt aliquid motus ſm illud quo terminātes mo
tum cognoſcimus tempus. h eſt euidens: ſed determinā-
tes motū pꝛioꝛi ꝛ poſterioꝛi cognoſcimus tēpuſ: vt pȝ ꝑ
experientiā: cuȝ eniȝ conſideramus determinate motum
factū ſuper pꝛoꝛeȝ partē ſpatij ꝛ motū factū ſuper partē
poſterioꝛeȝ tunc cognoſcimus tempus. Deinde oſtendit
phs ꝙ tempus ſequit motū ſm pꝛi⁹ ꝛ poſterius nō quo-
cūqȝ modo: ſed vt eoꝝ eſt numerus vel vt numerabilia
ſunt: qd ſic ꝓbat. illud pertinet ad rōneȝ motus quo po
ſito ꝛ cognito percipimus tempus. ꝛ ipſo amoto nō per
cipimus: hoc eſt euidēs: ſed numer⁹ pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛis
in motu eſt hmōi. quo poſito ꝛ ꝑcepto numero pꝛoꝛis ꝛ
poſterioꝛis in motu ꝑcipit tp̄s ꝛ ipſo non percepto non
percipit tempus: pꝛmū apparet. cū eniȝ intelligimus duo
extrema alicui⁹ fluxus. hoc quidē vt pꝛius: illud vō vt po
ſterius: inter que vt ſic ꝑcipimus neceſſario mediū. Im-
poſſibile eſt eniȝ imaginari īdiuiſibilia duo: hoc vt pꝛius.
illud vt poſterius niſi per mediū neceſſario percipimus
ipſuȝ tempus. Illius enim fluxus cū non ſit indiuiſibilis
nec res ꝑmanēs vna pars eſt pꝛoꝛ ꝛ alia poſterioꝛ. ꝛ has
partes compꝛehendēdo ꝛ cognoſcendo cognoſcim⁹ tē-
pus. Cū aūt percipimus vnuȝ nunc tātū nō percipimus
tempus. Simil'r cū percipimus plura nunc quoꝝ vnum
eſt pꝛi⁹ ꝛ alteꝝ poſterius ꝛ non percipimus vnū ipſoꝛū:
vt pꝛius ꝛ aliud vt poſteri⁹ nō percipimus tempus. ergo
ratio eſſentialis tēpoꝛis requirit pꝛius ꝛ poſteri⁹ nō qua-
litercūqȝ: ſed vt numerata vel ſaltē vt nūerabilia. Et tūc
poſſumus reſpondere ad qōnem ꝙ diffinitio tēpoꝛis eſt
bona: qꝛ omnes partes diffōnis ꝯueniūt ipſi tempoꝛi: vt
pȝ ex dictis. ꝛ per iſtam diffōneȝ cognoſcit eſſentia tem-
poꝛis explicite ꝛ diſtincte: dūmodo bene intelligatur.

¶ Cōſiderandum aūt eſt hic ꝙ numerus eſt duplex. ſ. nu
merus quo numeramus: ꝛ numeruſ numerat⁹. Numer⁹
quo numeramus: vt cōiter dicit: eſt ipſa ratio numeran-
di: que eſt diſcretio quedā ipſoꝝ numeratoꝝ ꝛ eſt nume
rus vnitatuȝ ſicut dualitas ternarietas ꝛ hmōi. Nume-
rus aūt numerat⁹ eſt ipſa res numerata: vt due albedi-
nes ꝛ duo hoīes. ꝛ hmōi numer⁹ eſt in quolibȝ pꝛdicamē
to. Naȝ in quolibet genere ſunt res diſtincte abinuicem:
ꝛ iſte ſunt numerus qui eſt res numerata. Modo cū di-
citur tempus eſt numerus non intelligit ꝙ ſit numerus
quo numeramuſ. ſ. diſcretio ꝛ diſcontinuatio pꝛoꝛis ꝛ po
ſterioꝛis extra aīam exiſtens. Nam pꝛius ꝛ poſterius mo
tus exiſtentia extra animam non ſunt actu diſcontinua-
ta abinuicem: imo ſemper ſunt ꝯtinua ꝛ copulata ad ter
minū cōem. ſ. ad mutatū eſſe vel ad inſtans: ꝛ ſm hoc tē
pus nō eſſet quātitas continua in re extra aīam: ſed diſ-
creta: qd eſt incōueniens oīno. Unde relinquit ꝙ ipſum
tempus eſt res numerata: ꝛ per ꝯñs numerus numerat⁹
. ſ. pꝛius ꝛ poſterius motus: ꝛ hoc voluit dicere Cōmēta-
Cō. 101. toꝛ. cū dixit ꝙ diffinitio tēpoꝛis in qua non eſt ambigui
tas eſt numeratū. i. res nūerata pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛis exi-
ſtentiū in motu. Intelligendū etiam ꝙ dictum fuit pꝛius
ꝙ motus accipitur vno modo pꝛo perfectione fluēte. ſ.
cuius vna parſ generatur vel acquiritur poſt aliā donec
perficiat: ꝛ ſit in actu. Alio modo ſumit mot⁹ pꝛo fluxu
cōtinuo ſeu ſucceſſione ipſius mobilis de vna parte per
fectionis ad aliā: cui⁹ inquā fluxus ꝛ ſucceſſionis vna ps
eſt pꝛoꝛ ꝛ alia poſterioꝛ. modo cū dicit. ꝙ tempus eſt res
numerata que eſt pꝛoꝛ ꝛ poſterius ipſi⁹ motus non eſt in-
telligendū per illud pꝛius ꝛ poſteri⁹ partes perfectionis
quoꝝ vna generatur pꝛius ꝛ alia poſterius. partes eniȝ
illius perfectionis ſunt in tribus generibus ſm cōem do
ctrinā. ſ. q̄litatis ꝛ q̄titatis ꝛ vbi: ſȝ itelligo pꝛius ꝛ poſte-
rius que ſunt eſſential'r motus partes ipſi⁹ fluxus cōti-
nui ſeu ſucceſſionis ꝛ durationis: quaꝝ vna ē pꝛoꝛ ꝛ alia
poſterioꝛ. Et adhuc iſte ꝑtes flux⁹ ſeu ſucceſſionis poſ-
ſunt dupl'r ꝯſiderari. Uno mō ſȝ ſe ꝛ abſolute: ꝛ ſic ſunt
partes motus vel ſm alios: vt ꝯcernunt actū relictuȝ a
motoꝛe imobili. Alio modo ſȝ ꝙ nūerabiles. i. apta na
ta numerari ꝛ diſtingui per aīaȝ: ꝛ ſic foꝛte numerantur
hoc nomine tēpus. Nec intelligo ꝙ iſta aptitudo ad nu
merationē exñs in pꝛoꝛi ꝛ poſterioꝛi parte ſucceſſiōis ſit
de eſſentia tēpoꝛis ſȝ eſt relatio ꝛ ꝓpꝛietas foꝛmalis ſub
qua ſignificat ipſuȝ tempus ꝛ intelligit vt ſentire vel ſen
ſus nō eſt de eſſentia aīalis: ſȝ eſt modus eſſendi quo ſu-
mit intellectus aīalis ꝛ ſignificat hoc noīe aīal. Simil'r
aūt ꝛ in multis alijs. Eſſentia igitur ipſius tēpoꝛis exñs
extra aīam eſt ſucceſſio ꝛ fluxus partiū ſucceſſionis per
fectionis habens vnā partē pꝛoꝛē ꝛ aliā poſterioꝛē: exñſ
dico extra aīaȝ eo modo quo reſ ſucceſſiua vel ſucceſſio
ipſa pōt exiſtere extra aīam. Et hec qdē ſucceſſio vel flu
xus cōtinuus eſt q̄titas cōtinua: cuius partes copulant
ad terminū cōem. ſ. ad ipſum nunc. pꝛeter iſtā aūt q̄tita-
tem cōtinuā. hoc nomē tēpus ſignificat quoddā aliō. ſ.
diſcretionē partiū iſtaꝝ factā per aīaȝ: ꝛ iō dicit Cōmen
tatoꝛ ꝙ tempus eſt cōpoſitū ꝛc. ſicut pꝛius exponebatur.

Ad pꝛimaȝ rōnem cū dicit. numeratio ꝛc. pōt
dici ꝙ veꝝ eſt accipiēdo nūerū ꝓ
numero quo numeramus modo pꝛdicto: ſȝ accipiēdo nu
meꝝ pꝛo re numerata ſic numeratio pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛiſ
exiſtētiū in motu bene eſt numerus pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛis:
ꝛ ſic eſt in ꝓpoſito: tempus eniȝ eſt numeratio pꝛoꝛis ꝛc.
. ſ. res numerata que eſt pꝛius ꝛc. modo pꝛeexpoſito. Sȝ
iſtud non eſt ſatis tutū: qꝛ ſi Cōmētatoꝛ accipit numera
tionē pꝛo re numerata: tūc erit ſenſus ꝙ tempus eſt res
numerata rei numerate motus: qd eſt deriſoꝛiuȝ. Et ali-
qui ideo dicunt aliter: ad cuius euidentiā conſiderandū
eſt ꝙ ad completū ꝛ perfectū tēpoꝛis itellectuȝ opȝ bis
intelligi motū. Opȝ enim intelligi motum pꝛmum cuius
pꝛius ꝛ poſterius eſſentialiter ſunt motus. ꝛ opoꝛtet intel
ligi alios motus vel aliuȝ motum cuius vel quoꝝ ipſuȝ
tempus eſt menſura: ꝛ hoc ſignificauit illa diffinitio quā
ponit Cōmētatoꝛ ꝙ tempus eſt numeratio numeri mo
tus ſm pꝛius ꝛ poſterius. i. tēpus eſt menſuratio rei nume
rate ipſius mot⁹ ſm pꝛius ꝛ poſterius exiſtentia in motu
pꝛmo: ita ꝙ pꝛius ꝛ poſterius que ſunt in motu pꝛmo mēſu
rant rem numeratā cuiuſlibȝ motus. ſ. pꝛius ꝛ poſterius
cuiuſlibet mot⁹ aliquo modo. ¶ Aliter pōt dici ꝙ Cō
mentatoꝛ ibi diffinit tempus q̄tū ad foꝛmale ſignifica-
tuȝ qd impoꝛtatur hoc nomine tempus: illō eniȝ foꝛma
le eſt numeratio. i. diuiſio vel diſcretio numeri motus. ſ.
pꝛoꝛis ꝛ poſterioꝛis exiſtentia in motu: nūeri dico mot⁹
. i. rei numerare motus. ſ. pꝛioꝛis ꝛ poſterioꝛis exiſtētia ī
motu. Et iſta numeratio rei numerate mot⁹. ſ. pꝛioꝛis ꝛ
poſterioꝛis exiſtentiū in pꝛmo motu ſit actu per animaȝ.
Et ideo tempus q̄tuȝ ad foꝛmale nō eſt actu pꝛeter ani
mā vel niſi per aīam. Et ꝙ iſta ſit intentio Cōmētatoꝛiſ Cō. 101.
apparet inſpicienti verba eius. Dicit eniȝ ſic: manifeſtuȝ
igitur ex hoc ſermone ꝙ diffinitio tempoꝛis eſt numera
re numerū motus ſm pꝛius ꝛ poſterius. i. cōpꝛehenſio nu
merati motus: ꝛ hic eſt numerus eius: qm̄ quādo nume
ramus numerū motus qui fuerit ex diuiſione per inſtan
tia pꝛoꝛa ꝛ poſterioꝛa: tūc ſit tēp⁹. ergo tēpus nihil aliō
eſt q̄ numeratio numeri motus que fuit in eo ex diuiſio
ne eius ſȝ pꝛius ꝛ poſteri⁹. ꝛ hec ſunt vba Cōmētatoꝛis.

In quib⁹ manifeſte videt̃ loqui de tẽpore pro illo ſigni-
ficato tẽporis qḋ eſt in aĩa. Illud enĩ eſt nũeratio ṗoris
ꝛ poſterioris exiſtentiũ in motu: ꝛ docet modũ per quẽ
fit iſta numeratio ꝛ numerare.ſ.per hoc qḋ diuidit̃.i.di-
uiſim apprehendit̃ motus ſm pri⁹ ꝛ poſteri⁹. Et hec qui
dẽ apprehẽſio ṗoris ꝛ poſterioris mot⁹ ſeorſuꝫ ꝛ diui-
ſim eſt formale ſignificatũ tẽporis vt tactuꝫ fuit pri⁹ vel
ad minus diſcretio vel diſtinctio huius apprehenſionis
ꝛ illius: qḋ pro tanto dico: qꝛ ipſa apprehẽſio vel intelle
ctio ṗoris ꝛ poſterioris exiſtentiũ in motu nõ eſt q̃titas
diſcreta: ſꝫ eſt actio vel paſſio vel q̃litas: vt dicit̃: forma-
Cõ.101. le aũt ſignificatũ tẽporis eſt q̃titas diſcreta ſm Cõmen
tatorẽ. Et qꝛ non videt̃ eſſe intentio Ariſto. loqui hic de
tempore ꝛ ipſuꝫ diffinire ſm ꝙ ens in aĩa: ſed vt eſt q̃ti-
tas cõtinua motus ꝛ exiſtens preter vel extra aĩaꝫ: iõ di
cit Cõmentator cõmẽto.43.ꝙ in libro Alexandri nõ ẽ
numerare numeri motus: ſed numerus motus: ꝛ ſubdit:
diffinitio igit̃ in qua non eſt dubitatio: eſt tẽpus eſt nũe-
ratũ prioris ꝛ poſterioris exiſtẽtiũ in motu: quare nõ va
let ratio. ¶ Ad aliã cũ dicit̃ numeratũ ṗoris ꝛ poſterio
ris ꝛc̃. Verũ eſt numerus quo numeramus: ſed põt eſſe
numerus numeratus.ſ.res numerata: ꝛ ſic intelligit Cõ-
mentator ꝛ Ariſt. vt pꝫ inſpicienti. ¶ Ad aliã. pri⁹ ꝛ po
ſterius motus non eſt numerus motus. dico ꝙ veruꝫ eſt
accipiendo numerũ pro numero quo numeramus: ſꝫ be
ne eſt numerus numeratus: ꝛ hoc modo intelligitur.
¶ Ad aliã dico ꝙ tp̃s eſt numerus ꝛ res numerata.ſ.pri
us ꝛ poſterius ꝛc̃. Et cũ dicit̃ ꝙ iſta res numerata eſt ipẽ
motus. dico ꝙ verũ eſt accipiendo motũ pro fluxu con-
tinuo quo mobile fluit de vna parte ꝑfectionis ad aliaꝫ
ꝛ iſte fluxus continuus ſeu ſucceſſio ꝛ duratio eſt ipſum
tẽpus. ꝛ eſt etiã motus ſm famoſitatẽ ꝛ ſm famoſiorem
opinionẽ. Diuerſimode tñ dicit̃ motus ꝛ tempus vt di-
ctũ eſt pri⁹. Nam iſte fluxus cõtinuus ſm ſe ↄſideratus
dicit̃ motus: ſed ſm qḋ eſt numerabilis ꝛ diſtinguibilis
ſic dicit̃ tempus. Et nõ eſt mihi icõueniẽs ꝙ tẽpus quã-
tũ ad id qḋ ipſuꝫ eſt extra aĩaꝫ ſit idẽ eſſentialr̃ cũ motu
accipiẽdo motũ pro fluxu ↄtinuo: ſꝫ non ſit idẽ cũ motu
qui eſt perfectio generata pars poſt partẽ: vt dictum eſt
pri⁹. ¶ Ad aliam põt dici: ꝙ per illud pri⁹ ꝛ poſteri⁹ in-
telligende ſunt pars prior ꝛ pars poſterior fluxus conti
nui: ꝛ non ipſa mutata eſſe: quorum vnũ eſt prius ꝛ alte
ruꝫ poſterius: non enĩ ipſuꝫ tẽpus eſt eſſentialiter ipſa
mutata eſſe: quoꝝ vnum eſt pri⁹ alio: ſed eſt eſſentialiter
pars prior ꝛ pars poſterior flux⁹ cõtinui ſeu ſucceſſiõis
cõtinue. Et cũ dicit̃. ꝙ iſte partes non ſunt numerate: ſꝫ
cõtinue ꝛ ſic ſm hoc tẽpus nõ erit res numerata. hic di-
co ꝙ licet ille partes fluxus cõtinui non ſunt extra aĩam
actu. tñ ſunt aptitudinaliter numerate ꝛ idonee ꝙ nũe-
rent̃ ꝛ diſtinguant̃: ꝛ hec numeratio ꝛ diſtinctio earum
ſm diſcontinuationeꝫ fit per aĩam apprehendentẽ iſtas
partes apprehenſionibus diuerſis ꝛ diſcõtinuis: ꝛ eſt ſi-
mile ſicut de linea cõtinua: linee enim ipſius ↄtinue par-
tes non ſunt actu extra aĩam numerate ſm diuiſionem
ꝛ diſcretionẽ: ſꝫ tñ qꝛ vna pars linee non eſt alia: ſꝫ vna
eſt extra aliã: ideo ſunt apte nate vt numerent̃ per aĩam
ita.ſ.ꝙ aĩa apprehendat vnam illaꝝ ſeorſuꝫ ab alia ꝛ di
uiſim non ↄtinuando apprehenſionem apprehẽſioni al-
terius oĩno. Similr̃ partes ipſius fluxus cõtinui quãuis
non ſint actu extra aĩam diuiſe ꝛ diſcontinuate: tamẽ qꝛ
vna illaꝝ non eſt alia: ſed vna eſt extra aliã vel poſt ali-
am: ideo ſunt apte nate ꝙ aĩa eas numeret diſtincte ꝛ di
uiſim eas apprehendendo apprehenſionibus non conti
nuis. Et hec numeratio eſt formale ſignificatũ ipſius tẽ-
poris: ꝛ iſtud nõ eſt actu extra aĩam ſꝫ in potẽtia inq̃tũ
partes iſte ſunt apte nate ſic apprehendi. ſicut partes li
nee ſunt apte nate apprehendi ſeorſuꝫ ꝛ diuiſim. In hoc
tñ eſt differẽtia iter partes linee ꝛ partes fluxus: qꝛ pa
tes linee pñt diſcontinuari actu extra aĩaꝫ per diuiſionẽ
vt cũ lignũ aut lapis diuidit̃ realiter: ſed ꝑtes fluxus exi
ſtẽtes in ṗmo mobili nunꝙ̃ pñt diſcontinuari abinuiceꝫ
per qḋcunq; diuidens realr̃ extra aĩam: qꝛ ſic motus de-
ficeret: qḋ eſt impoſſibile ſm phm. videt̃ ergo diffinitio
tẽporis in qua non eſt dubitatio eſſe tanta: ꝙ tempus ẽ
eſſentialr̃ pars prior ꝛ pars poſterior flux⁹ cõtinui: quo
mobile fluit continue de vna parte ꝑfectionis ad aliaꝫ:
prout ille partes ſunt numerabiles ſeu diſtinguibiles ab
inuicẽ. ꝛ hoc loquẽdo de tempore q̃tum ad ſuũ mãle ſi-
gnificatũ qḋ eſt extra aĩaꝫ quoquo modo. ¶ Ad aliã di
cendũ ꝙ prius ꝛ poſterius non accipiunt̃ in diffinitione
tẽporis pro iſtis reſpectib⁹ qui ſunt ṗoritas ꝛ poſterio-
ritas iſti enim ſunt relationes quedã: ſed accipit̃ ibi pri⁹
ꝛ poſterius pro re que ſubſternit̃ vel ſubijcit̃ iſtis reſpe-
ctibus: ꝛ iſta eſt quid abſolutũ. ¶ Ad aliã cũ dicit̃. ꝙ ṗ-
us ꝛ poſteri⁹ diffiniunt̃ tẽpore ꝛc̃. Dico ꝙ pri⁹ ꝛ poſteri⁹
poſſunt accipi duplr̃. Vno modo, put ſunt differentie or
dinis. Alio modo pro partibus ipſius fluxus: quaꝝ vna
eſt ṗor ꝛ alia poſterior. Primo modo pri⁹ ꝛ poſteri⁹ dif
finiunt̃ tẽpore. res enĩ ṗor eſt que fluit in aliquo tẽpore
in quo non fuit alia: ꝛ res poſterior eſt que nõ erat in al
quo tẽpore in quo erat alia: ꝛ loquor de ṗori ꝛ poſterio
ri, put ſunt differẽtie ordinis generationis: nõ differẽtie
ordinis que eſt inter cãm ꝛ cãtum. Sed ſi ſumat̃ 2° mo-
do.ſ.pro partibus fluxus continui: ſic ponunt̃ in diffõne
tẽporis: vt dictũ eſt pri⁹: ꝛ hoc non eſt incõueniẽs. Tp̃s
itaq; eſſentialr̃ eſt idẽ cũ partib⁹ ſucceſſionis continue:
quaꝝ vna eſt ṗor altera. ¶ Ad aliã cũ dic̃ Cõmẽtator
ꝙ pri⁹ ꝛ poſteri⁹ in motu ꝛc̃. põt dici ꝙ loquit̃ de ṗori ꝛ
poſteriori in motu pro ꝑtibus ꝑfectionis. Pars.n. per-
fectionis ṗor ẽ illa q̃ fit in tẽpore ṗori. ꝛ pars poſterior
eſt illa que fit in tẽpore poſteriori: ꝛ hoc mõ nõ ſuĩnit in
diffõne tp̃is: vt pꝫ ex dictis: ſꝫ ſumit̃ pro ꝑtib⁹ fluxus cõ-
tinui nũerabilib⁹ vel nũeratis. q̃re ꝛc̃. Qõ. XX.

GRatia ṗdicatoꝝ q̃rit̃ hic. Vtꝝ pri⁹ ꝛ po
ſteri⁹ mot⁹ ſint idẽ eſſentialr̃ cũ ṗori ꝛ po
ſteriori tẽporis. ¶ Arguit̃ ṗmo ꝙ nõ. qꝛ
ſi ſic eẽt tũc pri⁹ ꝛ poſteri⁹ ĩ motu nõ eẽnt
ꝑtes mot⁹: qḋ vr̃ incõueniẽs. ꝛ pꝫ ↄñа. qꝛ
ꝑtes tẽporis nõ ſunt ꝑtes mot⁹. Nũc aũt
pri⁹ ꝛ poſteri⁹ in tẽpore ſunt ꝑtes tẽporis. ℊ pri⁹ ꝛ poſte-
rius in tẽpore nõ ſunt ꝑtes motus: ꝛ ſic ſi pri⁹ ꝛ poſteri⁹
in motu ſint idẽ eẽntialr̃ cũ ṗori ꝛ poſteriori in tẽpore:
tũc pri⁹ ꝛ poſterius in motu nõ erũt ꝑtes ipſius motus.
¶ Itẽ ſi ſic: tunc tẽpus diffiniret̃ per pri⁹ ꝛ poſterius in
tẽpore: qḋ videt̃ incõueniens ſpãliter, ꝑpter hoc: qꝛ ꝑtes
q̃titatiue nõ vident̃ poni in diffõne totius quantitatiui:
vt videt̃ velle Ariſto. in. 7. metaph. Semicirculus enim T.c.35.
non ponit̃ in diffõne circuli: nec digitus in diffõne illius
cui⁹ eſt, digitus ſed magis econuerſo. vnde ibi dicit phs.
ꝙ ſemicirculus diffinitur circulo ꝛ digitus toto. ꝛ pꝫ cõ
ſequẽtia. quia tempus diffinitur per prius ꝛ poſterius in
motu: vt pꝫ in littera. Si ergo pri⁹ ꝛ poſteri⁹ in motu eſt
idẽ eſſentialr̃ cũ ṗori ꝛ poſteriori in tẽpore: tunc diffini-
tur tẽpus per pri⁹ ꝛ poſteri⁹ in tẽpore. Prius autẽ ꝛ po
ſteri⁹ in tẽpore ſunt ꝑtes tẽporis: vt manifeſtuꝫ eſt. qua-
re ꝛc̃. ¶ Item ſi pri⁹ ꝛ poſterius in tẽpore eſſet idẽ eẽn-
tialiter cũ ṗori ꝛ poſteriori in motu: tunc cũ pri⁹ ꝛ poſte
rius in motu non ſit aliud ꝙ̃ ſucceſſio cõtinua vel dura-
tio motus: ſequeretur ꝙ etiaꝫ ipſuꝫ tẽpus eſſet eſſentia-
liter ipſa ſucceſſio ↄtinua vel duratio motus: ꝛ ſic mu.

melius ⁊ facilius potuiſſet tempus fuiſſe diffinitū dicendo ipſuʒ eſſe ſucceſſionē aut durationē continuā motus ꝙ Ariſto. ipſuʒ diffiniuit dicendo ipſuʒ numerū ꝓoris ⁊ poſterioris in motu: qḋ eſt ridiculū. ¶ Itē cauſa non eſt idē eſſentialiter cū cauſato. hec eſt manifeſta. Cauſa enī eſt ad cuius eſſe ſequit̄ aliud vt cōiter dicit̄: ⁊ habet̄ in libello de bona fortuna. Sed ꝑus ⁊ poſterius in motu eſt
T.c.99. cauſa ꝓoris ⁊ poſterioris in tēpore: vt vult Ari. in littera: ſicut ꝑus ⁊ poſterius in magnitudine eſt cauſa ꝓoris ⁊ poſterioris in motu: vt dicit̄ in lr̄a ⁊ in textu Cōmentatoris habet̄ ſic: q2 motus eſt cōtinuus ⁊ tēpus eſt cōtinuū. ⁊ Cōmētator exponēdo illā dicit ꝙ cauſa continuitatis tēporis ē cōtinuitas motus. ¶ Itē ſi ꝑus ⁊ poſterius tēporis eſſet idē eēntialr̄ cū ꝓori ⁊ poſteriori mot⁹ ⁊ econuerſo: tunc tēpus non mēſuraret motū ſm ꝙ quātum quoddā eſt: qḋ eſt ꝯtra Ariſto. dicentē ꝙ tēpus mēſurat motū ⁊ quietē ꝫ ꝙ quāta quedā. ⁊ ꝓbatur ꝯña. q2 tēpus eſt idē eēntialr̄ cū ſuo ꝓori ⁊ poſteriori: vt omnes cōcedunt: ſi igit̄ ꝑus ⁊ poſteri⁹ tēporis eſt idē eſſentialr̄ cuʒ ꝓori ⁊ poſteriori mot⁹: ſequit̄ ꝙ tēpus eſt eſſentialr̄ ꝑus ⁊ poſterius ipſius mot⁹. Prius aūt ⁊ poſterius ipſius motus eſt ꝙtitas motus. ſ. ei⁹ ſucceſſio continua: igit̄ tēpus erit ꝙtitas motus eſſentialr̄. Si igit̄ tēpus mēſurat motū ſm ꝙ quātus eſt: tūc tēpus mēſurat ſeipſuʒ: q2 ipſuʒ tēpus eſt ꝙtitas motus vt deductum eſt: quare ⁊c.
T.c.2. ¶ Itē mēſura eſt ꝓor mēſurato nāliter. io. metaph. ſʒ tēpus eſt menſura mot⁹ vt quātus eſt. vt ꝓcedit̄. ⁊ hoc dicit Ariſto. igit̄ tēpus eſt ꝑus nāliter ꝙtitate motus: hoc aūt non eſſet ſi ipſuʒ tēpus eſſet eſſentialr̄ ꝙtitas motuſ q2 nihil eſt ꝑus naturalr̄ ſeipſo: modo ſi ꝑus ⁊ poſteri⁹ in tēpore eēnt idē eēntialr̄ cū ꝓori ⁊ poſteriori in motu: cū ꝑus ⁊ poſterius in motu ſint ꝙtitas ipſius motus: tunc tempus quod eſt prius ⁊ poſterius eſſet quantitas motus: quod eſt inconueniens: vt probatum eſt. ergo ⁊c.

**Oppoſitum** arguit̄: q2 ꝑus ⁊ poſteri⁹ in tēpore eſt idem eſſentialr̄ ꝙ tempus hec eſt manifeſta: ſed tempuſ eſt idem cū ꝓori ⁊ poſteriori ipſi⁹ motus: ergo a ꝑmo ad vltimū ꝑus ⁊ poſterius tēporis idē ē eēntialr̄ cū ꝓori ⁊ poſteriori in motu. q̄re ⁊c.

**Ad euidentiā** queſtionis eſt intelligendū ꝙ ſic tenet doctrina cōis ſup 3^m huius. ⁊ attribuitur Cōmētatori. Motus pōt accipi dupliciter. Uno mō pro forma imꝑfecta cui⁹ vna pars generat̄ poſt aliā ꝯtinue donec perficiat̄ ⁊ ſit in actu. Alio modo pro fluxu ꝯtinuo quo mobile fluit de vna pte ad aliā. ¶ Aliā tñ diſtinctionē vel eādē modo alio loquē-
Com. 9. di ponit Cōmētator in. 5. hui⁹. ꝙ motus pōt conſiderari ꝙtū ad ſuam mām: ⁊ ſic eſt perfectio diminuta in eodem genere exiſtens cum termino ad quem. Alio modo ꝙtum ad formā ſuam: ⁊ ſic eſt tranſmutatio cōiuncta cū tēpore: ⁊ ſic eſt genus per ſe. ſ. paſſio: vt dicit ibidē. Hāc aūt diſtinctionē nō ſic intelligo ꝙ ip̄e motus ſit qḋ vnuʒ per ſe cōpoſitū eſſentialr̄ ex illis reb⁹ ꝑdictis. ſ. ex perfectione diminuta ⁊ ex trāſmutatione cōiuncta cū tēpore: nā ex talibus rebus diuerſis ⁊ ꝑcipue diuerſoꝝ generuʒ ꝑdicamētaliū non ſit vnū ens per ſe. Sed intelligo ſic ꝙ hoc nomē motus ſignificat duo. quoꝝ Unū eſt ſicut materia. Et aliud eſt ad modū forme: ⁊ aliud ſignificatū qḋ hʒ modū mām reſpcū alteri⁹ eſt ipſa forma diminuta: cuius vna pars generatur poſt aliam. Illud aūt qḋ habet modū vel ſimilitudinem forme eſt ipſa trāſmutatio coniuncta cum tempore: quare aūt vnū iſtoꝝ eſt ſicut materia ⁊ alteꝝ ſic forma: videndū eſt in. 5. hui⁹. Si aūt ipſa tranſmutatio ꝯiuncta cū tēpore quā Cōmētator dic̄ eē formā mot⁹ eſt qḋ aliō ab ipſo fluxu ꝯtinuo ⁊ a ſucceſſione ⁊ a duratione: tūc opꝫ itelligere ex ꝑdictis diſtinctionib⁹ vnā diſtinctionē trimembrē: ⁊ eſt ꝙ motus pōt accipi pro forma diminuta tendēte ad cōplemētū. Alio modo pro tranſmutatiōe ꝯiuncta cū tempore. Alio modo pro fluxu ꝯtinuo ſeu ſucceſſione ipſi⁹ durationis que ꝓuenit vel ex reſiſtētia medij ſicut in grauibus ⁊ leuibus inaiatis. vel ex reſiſtentia termini a quo ſic̄ in alijs motibus ꝓpriē dictis. ¶ Ulteri⁹ itelligēdū ꝙ per ꝑus ⁊ poſterius in motu poſſumus itelligere tria. Uno° ptes pfectionis: quaꝝ vna generat̄ ꝑus ꝙ alia. Alio° ptes ipſuſ trāſmutationis cōiuncte cū tēpore cui⁹ vna pars eſt ꝓor alia. Tertio mō pōt accipi ꝑus ⁊ poſteri⁹ mot⁹ pro pte ꝓori ⁊ parte poſteriori fluxus ꝯtinui ſeu ſucceſſiōis ⁊ durationis. ¶ 3° conſiderandū eſt ꝙ ꝑus ⁊ poſterius in tēpore vt hic ſumit̄ ſunt ptes ꝙtitatiue tp̄is ⁊ ſunt idē eēntialiter cū ipſo tēpore ⁊ ecōuerſo. ſicut partes ꝙtitatiue linee ſunt eedem eſſentialiter cū ipſa linea ⁊ econuerſo.

**His viſis** dico ad qōnē tria. Primo ꝙ ſi ſumatur ꝑus ⁊ poſteri⁹ mot⁹ ꝓ ptib⁹ pfectionis: quaꝝ vna generat̄ poſt aliā: ſic nō ſunt idē eſſentialiter cū ꝓori ⁊ poſteriori in tēpore. ⁊ hoc facilr̄ ꝓbat̄. q2 hmōi ptes mot⁹ ſunt in ꝑdicamēto ꝙtitatis vel qlitatis vel vbi: ſicut etiā mot⁹ qui eſt forma fluens. Tempus aūt eſt in genere ꝙtitatis vt manifeſtū eſt in ꝑdicamentis. ¶ 2° dōꝫ ꝙ etiā ſi recipiat̄ ꝑus ⁊ poſterius pro partibus trāſmutationis: quaꝝ vna eſt ꝓor ⁊ alia poſterior: adhuc iſta nō ſunt eadē eēntialr̄ cū ꝓori ⁊ poſteriori que ſunt tēpus: q2 queādmodū ꝑma trāſmutatio coniuncta cū tēpore: quā Cōmētator ponit formā mot⁹: eſt in genere paſſionis ſm Cōmētatorē: ſic etiaʒ partes ei⁹ ſunt in genere paſſionis: ſicut ptes albedis ſunt in codeʒ genere cū albedine: eo mō quo ipſa pōt hr̄e ptes: q̄re tēpus ipſuʒ cū ſit ꝙtitas nō eſt idē eēntialr̄ cū illis ptibus trāſmutationis. ¶ 3° dico ꝙ ſi ſumat̄ ꝑus ⁊ poſteri⁹ pro ptibus fluxus ꝯtinui ſiue pro ipſa ſucceſſiōe ꝯtinua ⁊ duratione ſic ſunt idē eēntialr̄ cū ipō ꝓori ⁊ poſteriori tp̄is q2 hmōi ꝑus ⁊ poſteri⁹ q̄ ſūt ptes flux⁹ ꝯtinui ſt̄ qdā ꝙtitas ꝯtinua. ſ. duratio ſucceſſiua. ħ habeo pro manifeſto: ſʒ nō pn̄t eē alia ꝙtitas niſi tēpus vt manifeſtū eſt ꝯſiderāti per inductionē: nō enīʒ eſt ꝙtitas ꝑmanēs. ſ. neqꝫ linea: neqꝫ ſuperficies: neqꝫ corp⁹: neqꝫ eſt ꝙtitas ſucceſſiua que eſt orō. q2 orō que eſt ſpēs ꝙtitatis dicit̄ eē multitudo priuʒ vocis diſtantiū ⁊ ſibiinuicē ſuccedentiū: q̄re relinquit̄ ꝙ ꝑus ⁊ poſteri⁹ que ſunt ptes fluxus ꝯtinui ſeu ſucceſſionis ꝯtinue ſunt idē qḋ ipſum tp̄s. Tēpus aūt ē idē eēntialr̄ cū ꝓori ⁊ poſteriori in tēpore: q2 hec ſūt partes ei⁹ intrinſece ꝙtitatiue. ergo ꝑuſ ⁊ poſterius in motu eſt idē eēntialr̄ in motu cū priori ⁊ poſteriori in tēpore. ¶ Itē ꝯfirmat̄: q2 motus menſurat̄ tēpore ſm ꝙ quantus eſt ꝙtitate ſucceſſiua: hoc eſt notum. Tūc quero de illa quantitate ſucceſſiua ſm quā motus eſt menſurabilis a tēpore an ipſa ſit tp̄s: an alia ꝙtitaſ a tēpore. Si ſit tēpus habeo ꝓpoſitū. Nā ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu nō ſūt aliud ꝙ ꝙtitas motus. loquendo de motu pro fluxu forme. ⁊ ſic illud pri⁹ ⁊ poſteriuſ eſt ipſum tēpus. Et ſi dicatur ꝙ illa ꝙtitas ſucceſſiua ſm quā motus cōtinuus eſt menſurabilis tempore ſit alia quātitas a tempore: cū illa quātitas non ſit ſpecies ꝙtitatis: que eſt oratio nec linea nec ſuperficies nec tempus nec numerus: vt manifeſtum eſt: ſequit̄ ꝙ eſt alia ſpecies ꝙtitatis: preter illas q̄s Ariſto. numerauit in ꝑdicamentis: qḋ eſt abſurdum ⁊c.

**Ad rationes.** ¶ Ad primā cuʒ dicitur ꝙ ſic pri⁹ ⁊ poſteri⁹ nō eſſent partes motus ⁊c. dico ꝙ non ſequitur. Et ad probationem cuʒ dicitur ꝙ partes temporis nō ſunt partes motus. Dico

ꝙ vtruꝫ eſt accipiendo partes motus pro partibus perfectionis cuius vna pars generatur poſt aliam. Sed ſi loquatur de motu pro fluxu cõtinuo forme ſic partes tẽporis bene ſunt partes motus: ⁊ econuerſo. licet differãt aliquo modo: ſm rationem ⁊ modum: vt dictum fuit. ¶ Ad aliud cõcedo ꝙ temp⁹ bene diffinitur per ꝑus ⁊ poſterius que ſunt eius partes q̃titatiue. Et cuꝫ dicitur ꝯtra hoc: ꝙ partes q̃titatiue non ponũtur in diffõne totius: põt dici ꝙ veꝝ eſt in diffõne totius cui accidit q̃titas: ſicut homini accidit q̃titas. ⁊ ideo digit⁹ qui eſt ei⁹ pars q̃titatiua nõ ponitur in eius diffõne: ſed in diffinitione totius qđ eſſentialiter eſt q̃titas vel de eius eſſentia eſt q̃titas bene ponunt̃ eius ptes. Vñ in predicamẽtis dicit̃ ꝙ q̃titas continua eſt cuius partes ſunt copulate ad terminuꝫ cõmunẽ. Ecce ꝙ in diffinitione q̃titatis ponunt̃ eius partes. Silr̃ numerus diffinitur ꝙ ſit multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. Et ꝯſtat ꝙ vnitates ſunt partes numeri q̃titatiue: ſic aũt eſt in ꝓpoſito: tẽpus eſt q̃titas ꝯtinua: ⁊ ꝑus ⁊ poſterius: que ſunt ei⁹ partes fluxus numerabiles ſeu diſtinguibiles ſunt eius parteſ. quare ⁊c̃. Et cum dicit̃ tertio ꝙ tunc ſm hoc Ariſt. potuiſſet melius diffinire tẽpus dicendo ipſuꝫ eſſe fluxuꝫ continuum vel ſucceſſionẽ continuã de vna parte perfectionis ad aliã. Dico ꝙ imo Ariſto. melius diffiniuit tẽpus dicendo ipſuꝫ eſſe numerũ motus ſm ꝑus ⁊ poſterius. i. ſic Cõmẽtator exponit res numerata ꝑori ⁊ poſteriori exiſtẽtiũ in motu: hec eniꝫ eſt diffinitio tẽporis cõpleta. Intelligẽdo tñ per illa ꝑus ⁊ poſterius partes flux⁹ cõtinui. Iſte aũt partes fluxus ꝯtinui nõ dicunt̃ temp⁹ niſi ſub rõne qua ſunt numerabiles ⁊ diſtinguibiles abinuicem ita ꝙ ipſa aptitudo ad numerationẽ ⁊ diſtinctioneꝫ eſt formalis ratio ſub qua tempus ſignificat illud qđ ſignificat. Qꝫ aũt iſte partes ſunt numerabiles: hoc prouenit eis ex eo ꝙ ſunt diuerſe ita ꝙ vna earũ nõ eſt alia. Diuerſitas aũt earuꝫ non intelligit̃ niſi ſm ꝙ vna eſt ꝑor ⁊ alia poſterior: ſicut diuerſitas partiũ linee nõ itelligit̃ niſi q: vna eſt extra aliã vel in alio ſitu vna ꝙ alia: vnde ſi eſſent in eodẽ ſitu reuerterent̃ in idem: vt pꝫ ex. 4. hui⁹. Et ſic radicalis cauſa numerabilitatis iſtaruꝫ partiũ eſt ꝑus ⁊ poſterius: ⁊ ꝓpter hoc multuꝫ ſubtiliter ⁊ ꝓfunde cõſiderauit ⁊ diffiniuit Ariſto. ipſuꝫ tẽpus dicẽdo ipſuꝫ eſſe numerũ motus ſm ꝑus ⁊ poſterius. per hoc eniꝫ explicauit eſſentiã tẽporis. ſ. ipſuꝫ fluxuꝫ continuũ ⁊ rõneꝫ numerabilitatis eius ſub qua numerabilitate importat̃ hoc nomen tempus: ita ꝙ melius diffiniuit tempus ꝙ ſi ſolum dixiſſet ipſum eſſe fluxum continuum vel durationem vel ſucceſſionem continuam.

¶ Ad aliã que nihil videt̃ difficilis cuꝫ dicit̃ ꝙ ꝑus ⁊ poſterius ⁊c̃. videt̃ mihi ꝙ in textu Ariſt. hoc nõ habetur ꝙ ꝑus ⁊ poſteri⁹ in motu ſit cã ꝑoris ⁊ poſterioris in tẽpore: ſꝫ bene dicit ꝙ ꝑus ⁊ poſterius in magnitudine eſt aliquo modo cauſa ꝑoris ⁊ poſterioris i motu: ⁊ loquit̃ hic de motu locali. Et ſubdit ꝙ in tẽpore ⁊c̃. ẽ ꝑus ⁊ poſterius ꝓpter id qđ ſequit̃ alterum alterum. i. ꝓpter id ꝙ vna pars temporis ſequit̃ aliã: ⁊ hec ſunt verba Ariſto. Qm̃ aũt in magnitudie ꝑmũ ⁊ vltimũ neceſſe eſt in motu ꝑus ⁊ poſteri⁹ eẽ ꝓportionaliter his que ſunt ibi. At vo ⁊ in tẽpore eſt ꝑus ⁊ poſteri⁹ ꝓpter id qđ ſequit̃ alterũ alteꝝ. In quib⁹ verbis nõ exprimit̃ ꝙ ꝑus ⁊ poſteri⁹ mot⁹ ſit cã ꝑoris ⁊ poſterioris tẽporis. Qꝫ ſiquis vellet hoc tenere q: famoſuꝫ eſt: poſſet dicere ꝙ ꝑuſ ⁊ poſteri⁹ ipſius mot⁹: que quidẽ ꝑus ⁊ poſterius ſunt partes perfectionis. quaꝝ vna generatur poſt aliã: iſta ſunt aliqliter cauſa ꝑoris ⁊ poſterioris in tempore. Dictũ eniꝫ ẽ ꝙ ꝑus ⁊ poſterius tẽporis eſt ipſe fluxus continu⁹ ſeu ſucceſſio: hmõi aũt flux⁹ ſeu ſucceſſio quodãmodo fundat̃ in illa forma vel perfectione cuius vna pars generatur poſt aliã: ſicut fluxus: quo calefactibile fluit de vna parte caliditatis ad aliã quodãmodo fundatur in ipſa caliditate nõ tanꝙ in ꝑncipali ſubiecto: ſed ſicut in diſpõne ⁊ preparatione ſubiecti. Similr̃ fluxus quo vnum mobile localiter fluit de vno vbi ad aliud vbi: vel ſuccedit aliquo modo fundatur in ipſo vbi: ⁊ ſic ꝑus ⁊ poſteri⁹ motus qui eſt perfectio fluens ſe hꝫ in rõne cauſe mãlis reſpectu ipſius fluxus continui ſeu ſucceſſionis continue. Sed qđ Cõmentator dicit videt̃ difficilius ꝙ cauſa cõtinuitatis in tempore eſt continuitas motus. Forte dõm ꝙ per continuitatẽ motus Cõmentator intelligit dependentiam ⁊ ꝓductionẽ motus a motore ſine interruptione ⁊ defectu eſſendi: ⁊ hec eſt aliquo modo cauſa ꝯtinuitatis tẽporis: q: eniꝫ mot⁹ dependet a motore ſine interruptione: ideo durat continue ⁊ habet tẽpus continuũ: ſed ſi intelligeret per cõtinuitatem motus quãdã aliam q̃titatem ipſius que ſit cauſa temporis hoc eſſet multuꝫ mirabile. Et forte per continuitatẽ motus intelligit partes perfectionis que cõtinue ſibiinuicem ſuccedunt ſine medio: hec enim partes ſubſternuntur fluxui ſeu tempori aliquo mõ: ⁊ ſic reducunt̃ ad genus cauſe mãlis ⁊ ſubiecti. Inquire bene vſq; ad fundũ neſcio aliud nunc.

¶ Ad aliam nego ꝯñam. Et cũ dicit̃ ꝙ tunc tempus mẽſurabit ipſuꝫ. dico ꝙ nõ eſt inconueniens ipſum tempus vno modo ſumptũ menſurare ſeipſuꝫ ⁊ alio modo ſumptũ. Aliqua enim pars tẽporis determinata ⁊ nota per ſui replicationẽ mẽſurat aliqđ totũ tempus ignotuꝫ vel minus notũ: vt dies mẽſurat annũ vel mẽſeꝫ: ⁊ ſic de ceteris. Et hoc videtur ſentire Ariſt. in lr̃a. vbi dicit ꝙ totũ mẽſuratũ eſt idẽ ꝙ multa mota: qđ verũ ẽ: q: totũ eſt idẽ cũ ſuis ptibus aliquo modo: vt patuit in ꝑmo hui⁹. T.c.123.

¶ Ad aliam cuꝫ dicit: menſura eſt ꝑor mẽſurato: põt dici ꝙ verum eſt aliquo modo ſicut pars toto precipue loquendo de menſura per replicationẽ. Et cũ dicit̃ ꝙ tempus non eſt ꝑus q̃titate mot⁹: dico ꝙ tẽpus pro aliqua parte temporis prior eſt toto tẽpore quoquo modo ꝑoritate materie ad formaꝫ: ⁊ ſic ſufficit in propoſito: pars enim temporis replicata menſurat totum tempus: ⁊ eſt prior tempore qđ menſurat. Et eſt notanduꝫ ꝙ licet idẽ ſit realiter tempus menſuret quantitatem motus ⁊ tẽpus menſurare tẽpus: eo ꝙ ipſum tempus eſt quantitas motus: tamen differunt ſm moduꝫ: q: dicitur menſurare motum inquantũ ille fluxus menſuratus refertur ad mobile: ⁊ dicitur menſurare tempus inquantum ille fluxus eſt numerabilis ſm ꝑus ⁊ poſterius: ꝓut ergo dies mẽſurat annum ſm ꝙ annus eſt quidam actus mobilis ⁊ mobile. ⁊ ſic dies menſurat motũ talem: ſed prout mẽſurat ipſuꝫ vt eſt numerabilis ſm ꝑus ⁊ poſterius: vt ſic menſurat ipſum vt tempus eſt: ſimilr̃ autem eſt in aliis. Imaginaui ergo per prius dicta ꝙ vna ⁊ eadem eſt ſucceſſio que eſt inter duo mutata eſſe: ⁊ que eſt ĩter duo inſtantia: ⁊ dicit̃ illa ſucceſſio motus ſm ꝙ concernit actũ relictum in mobili a mouẽte ⁊ eius termini: vt ſic dicuntur mutata eſſe. Et eadẽ duratio ſm ſe conſiderata: vel conſiderata vt numerabilis: dicitur tempus: ⁊ eius termini: vt ſic dicuntur inſtantia ſm eſſe. T.c.127.

¶ Ipſum autem nunc menſurat tempus ſm ꝙ eſt prius ⁊ poſterius. ipſum autem nunc eſt ſicut idem: eſt vero ſicut non idem: ſm quidem enim ꝙ in alio: ⁊ in alio eſt: alterum eſt. hec aũ ipſum nunc idem eſt ⁊c̃. T.c. CIIII. Qõ. XXI

Onſequenter querit. Utrū inſtās ſit vnū
T.c.91. ꝛ idē in toto tēpoꝛe. ¶ Arguit pmo ꝙ
c nō rōnib⁹ Ari. qꝛ cuiuſlibet diuiſibilis fi-
niti opꝫ eē duo extrema inter q̄ illō inclu
dit ꝛ ꝯtinuat: vt linee finite ſunt duo pun
cta: ꝛ ſupficiei finite ſunt due linee. Sꝫ e ſi
accipere tps finitū ſic hoꝛā aut diē: iō opꝫ talis tēpoꝛis
eē duos terminos vel extrema: termini aūt vel extrema
ipſi⁹ tēpoꝛis nō ſunt niſi inſtātia vt manifeſtū eſt: g̊ inſtās
T.c9.2. non eſt oīno vnū in toto tempoꝛe. ¶ Itē ſi ſic. tunc illa
que fuerunt in milleſimo anno erunt ſimul cum illis que
ſunt nunc: vt bellū troianū eſſet nunc aut hmōi: ſꝫ hoc ē
impoſſibile ꝛ abſurdum. Et pbatur ꝯña. qꝛ ſimul ſunt il
la que ſunt in eodē inſtanti: ꝛ vnū taliū non eſt pus alio
neqꝫ poſterius. quare ꝛc̄. ¶ Itē ſicut ſe habet punctus
ad lineam: ſic inſtās ad tempus. per conuenientē ſimili-
tudinem: quā etiā Ariſt. concedit: ſed nō eſt vnus ſolus
punctus per totam lineam vt manifeſtū eſt: qꝛ ſic coꝛru
pto vno ſolo pūcto linee coꝛrumperent omnes: qō ē fal
ſum. Cū eniꝫ diuiditur linea coꝛrumpitur punctus vnus
T.c.107 qui ꝯtinuabat partes illas in quas fit diuiſio: ſed nō pro
pter hoc coꝛrumpunt omnia puncta illi⁹ linee: vt mani-
feſtū eſt. ergo ꝛc̄. ¶ Itē ſi ſic. tunc inſtans non eſſet in-
ſtans: qō eſt impoſſibile. ꝛ pbatur ꝯña. qꝛ inſtās dicit q̄ſi
non ſtans: vt dicunt grāmatici: modo ſi maneret vnū ꝛ
idē in toto tēpoꝛe: tūc eſſet ſtans: ꝛ ſic nō eſſet nō ſtans.
ꝛ per ꝯñs non eſſet inſtans: qō eſt impoſſibile. ¶ Itē ſic
ſe habet indiuiſibile motus ad motū: ſic indiuiſibile tē-
poꝛis ſe habet ad tempus. per ꝯuenientē ſimilitudinē:
ſed indiuiſibile motus non eſt vnū ꝛ idem in toto motu.
Indiuiſibile enim ipſius motus eſt mutatum eſſe: ꝛ hoc
nō eſt vnū ꝛ idem per totū motū: imo aliud ꝛ aliud. ē
.n. aliō ꝛ aliō: vbi in motu locali: ꝛ ali⁹ ꝛ alius g̊dus foꝛ
me in motu ad foꝛmā. q̄re ꝛc̄. ¶ Itē ſi inſtans eſſet vnū
ꝛ idem in toto tempoꝛe: tunc ipſū inſtans eſſet diuiſibi-
le. Non enim eſt intelligibile ꝙ aliquid vnū ꝛ idem ſit in
aliquo toto diuiſibili niſi ſit diuiſibile ſaltem per accñs:
vt albedo non poſſet eſſe in tota ſuperficie niſi ipſa albe
do eſſet diuiſibilis ſaltem per accidens. Cū ergo temp⁹
ſit quid diuiſibile videtur neceſſario ſi inſtans eſt vnum
ꝛ idem in toto tempoꝛe ꝙ ipſum ſit diuiſibile ſaltem per
accidens: hoc autem eſt impoſſibile. quare ꝛc̄.
¶ Oppoſitum vult Ariſto. in littera.

t.c.104. **Ad queſtionem** eſt intelligendū ꝙ inſtās
duplr̄ pōt accipi ſꝫ Ari.
in littera. Uno modo ſm ſubſtātiā. Alio modo ſm eſſe.
Et ad huius diſtinctionis intellectū eſt conſiderandū ꝙ
mobile poteſt conſiderari duplr̄. Uno modo poteſt cō-
ſiderari ſm ſe. Alio modo poteſt conſiderari quantū ad
ſuū mutatū eſſe: ipſius aūt mobilis ſm ſe ſumpti eſt ali
qua menſura: ꝛ hoc non eſt tempus: qꝛ tēpus eſt mēſura
motus: vt dicitur hic. Unde relinqui videtur ꝙ illa mē-
ſura ſit ipſum inſtans ſm ſuā ſubſtantiā. Intelligo igitur
per inſtans ſm ſubſtantiā ipſā menſurā mobilis ſm ſe.
Sed inſtans ſm eſſe vt credo ad preſens eſt ipſū muta
tū eſſe mobilis ſꝫ actū. Sicut enim idē flux⁹ realiter eſt
motus ꝛ tēpus: vt dictū eſt pus: ſic vnū ꝛ idē indiuiſibile
eſt termin⁹ mot⁹ ꝛ tpis: vñ ipꝫ mutatū eē actu exñs i mo
bili dū mouet eſt idē qō inſtās ſꝫ eē. Sꝫ dī iſtās in habi
tudie ad tps ꝛ dī mutatū eē i hitudie ad motū: vt tactū
fuit pus. ¶ Ulteri⁹ ꝯſiderandū eſt ꝙ ipſius mobilis eſt
duplex eſſe. Unū eſt eſſe pmū ꝛ ſubſtātiale: ꝛ aliud eſt eē
accidētale ſicut eſſe in theatro vel in foꝛo: modo cōſtat
ꝙ mobile per totū motū manet vnū ꝛ idē ſm eſſe ſub
ſtantiale pmū ſicut eſt eſſe celū vel lapidē vel hoiem: ſꝫ
non manet vnum ꝛ idem ſm eſſe accñtale: imo diuerſifi
catur ſm talia eſſe vt manifeſtū eſt per ſe. Sic etiā ipſū
inſtans habet vnū eſſe ſubſtātiale ꝛ aliud eſſe accidenta
le: eſſe quidē ſubſtantiale ipſius inſtantis ſm ſubſtantiā
eſt ipſum eſſe id quod eſt menſura ipſius mobilis ſm ſe.
eē vo accñtale ē mutatū eē hoc vel illō vel aliq̄d hmōi.

**Tunc dicendum** ad q̄ōnē duo ſm Ariſt
in littera. Pꝛimo ꝙ in-
ſtās ſm eē nō eſt vnū ꝛ idē in toto tempoꝛe. Scōo ꝙ in
ſtans ſm ſuā ſubſtantiā eſt vnū ꝛ idē ſub toto tempo
re. Pꝛimū pbatur rōnibus Ariſto. in littera que ſunt in
ſolubiles q̄tū ad illā partē: ꝛ tu reſume eas in ponēdo.
¶ Itē pbatur aliter: qꝛ ſic ſe habet mobile ad motū ſic
nunc ad tēpus. per ꝯuenientē ſimilitudinē. Nā ſicut mo
bile notificat motū aliqua via: ſic nūc ipſū tēpus: vt ta
ctū fuit pus: ſed mobile non eſt vnū ꝛ idē ſm eſſe ſaltē
accidētale per totū motum vt euidens eſt de ſe in omni
motu: quare ſimilr̄ nunc nō erit idē ſm eſſe in toto tem
poꝛe. Tunc oſtēdo ſcōm: qꝛ ſicut ſe habet mobile ad mo
tū ſic inſtans ad tēpus: ſed mobile manet vnū ꝛ idē ſm
ſubſtantiā ſub toto motu cōtinuo. ergo nunc ſm ſubſtan
tiā debet manere vnū ꝛ idē in toto tēpoꝛe. ¶ Itē mē
ſura illius qō manet idē in toto tempoꝛe debet manere
eadē ſub tempoꝛe vel in toto tēpoꝛe: ſed nunc ſꝫ ſubſtā-
tiā eſt menſura alicuius qō manet idē ſm ſubſtantiā in
toto tēpoꝛe: eſt eniꝫ menſura ipſi⁹ mobilis ſm ſe: quēad-
modū tēpus eſt menſura motus quoquo mō ſimilitudi-
nis: ergo ꝛc̄. ¶ Itē pbatur ratione Ari. in littera ſup- T.c.90.
ponēdo ꝙ nunq̄ aliqua duo tēpoꝛa poſſunt eſſe ſil: quo
rū vnū nō cōtineat alterū. ꝛ hoc manifeſtū eſt cuilibꝫ in
telligenti. Non eniꝫ due hoꝛe equales quarū vna nō eſt
alterius cōtentiua ſunt ſimul. Similr̄ duo dies ꝛ duo an
ni. Cū ergo inſtās ſit indiuiſibile ſaltē in tali genere: ꝛ p
ꝯñs vnū nō ꝯtineat alterū. Impoſſibile eſt ꝙ duo inſtā-
tia ſint ſimul: vnde ſi inſtās eſſet aliud ꝛ aliud in tēpoꝛe
opoꝛteret ꝙ adueniēte poſterioꝛi coꝛruptū eſſet pꝛius.
¶ Tunc arguit: ſi eſſet aliud ꝛ aliud nūc ſm ſubſtātiā
in tēpoꝛe tūc adueniente poſterioꝛi nunc coꝛruptū eſſet
pꝛius: vt pꝫ ex dictis: ſed hoc eſt ipoſſibile: qꝛ ſi aduenie
te poſterioꝛi nūc: pꝛius nūc eſſet coꝛruptū aut eēt coꝛru
ptū in ſeipſo: aut in nūc pori: aut in nūc poſterioꝛi. Si di
ceret ꝙ eēt coꝛruptū in ſeipſo: tūc ſimul eſſet ꝛ nō eſſet:
qꝛ qō coꝛruptū eſt nō eſt. Si igit ipſo exiſtēte eſt coꝛru-
ptū tūc ſil' exiſtit ꝛ non exiſtit: qō eſt ipole. Si vo diceret
ꝙ coꝛruptū eſt in inſtāti pcedēti ipſū: h̄ eſt ipole: qꝛ qō
nunꝙ̄ fiat celū nec econuerſo:manifeſtū eſſe videt̄ ꝙ iſte
virtutes nunꝙ̄ ſuccedūt in vno ⁊ eodē ſubiecto.quare ⁊c̄.
¶ Itē ꝯ̄rioꝝ vnū eſt coꝛruptiuū alteriꝰ. vt p3 i ꝑmo de T.c.50.
generatōe.⁊ 2° ſed locꝰ ſurſu3 nō eſt coꝛruptio loci deoꝛ T.c.8.
ſum nec ecōuerſo.q2 locus ſurſum eſt virtus cōſeruatiua
leuiū ⁊ eſt in cōcauo celi. Locus aūt deoꝛſu3 eſt virtꝰ cō
ſeruatiua grauiū ⁊ eſt in cētro.vt dicit̄ in 4° huius.mo- T.c.5.
do iſte virtutes nunꝙ̄ ſunt ſibĳnuicem appꝛopinquate:
⁊ ideo vna nō agit ad coꝛruptionem alterius: cum agēs
⁊ paſſum debeat eſſe ſimul.vt p3 ex 7° huius. T.c.11.

**Dicendū** ¶ Oppoſitū vult Ariſt.in littera. T.c.18.
ꝙ in loco nāli q̄ ē vtus ꝯſeruatiua loca
ti bñ eſt ꝯ̄rietas aliquo mō.q2 oēs due foꝛme exiſtentes
ſub eodē genere ⁊ diuerſe ſm ſpēm ⁊ maxime diſtantes
ſub illo genere hñt aliqualr̄ ꝯ̄rietatē.hec videt̄ manife-
ſta:ſed locus ſurſu3 ⁊ locus deoꝛſum ſunt hmōi:ſūt eni3
in eodē genere.ſ.ſub loco ⁊ differūt ſpecie:ſic graue ſim-
pliciter ⁊ leue ſimplr̄ differūt ſpecie ⁊ maxime diſtāt ab
inuicem ſm nām ⁊ virtutē. Nā ſurſum ſimplr̄ eſt virtus
cōſeruatiua leue ſimplr̄. Et deoꝛſum ſimplr̄ eſt virtꝰ cō-
ſeruatiua grauis ſimplr̄. Un̄ ſicut grauitas ⁊ leuitas ma
xime in genere virtutis motiue ſm locum diſtāt: ſic ſur-
ſum ſimplr̄ ⁊ deoꝛſum ſimplr̄ maxime diſtāt in genere lo
ci. ¶ Et eſt conſiderādū ꝙ ſm Cōmē.in 8° metaphy.ſi
lo caꝰ eſt aūt ſubā qḋ ſubĳcit̄. Contrarietas ꝑmo ⁊ eēn
tialiter inuenit̄ in eis que opponunt̄ in loco:⁊ iō accepta Cō.4.
eſt diſtātia in diffinitione cōtrarioꝝ.ſ.quia diſtantia ꝓ
ꝓpꝛie dicit̄ de locis ⁊ ex cōſequēti de foꝛmis repugnanti-
bus. ¶ Et notandū ꝙ licet cōtrarietas ꝑmo ⁊ eſſentia
liter inueniat̄ in loco:tñ ſm Cōmē.in ꝑmo celi ⁊ mūdi.
inuenire ꝯ̄rietatē in motu locali eſt magis occultū ꝙ̄ in
alteratione:⁊ eſſet bene vidēdū qualiter iſ Cōmētatoꝛ
intelligit. Foꝛſan intelligit de motu locali circulari. Cō.86.

**Ad primā** rōnem dicendū ꝙ aut vbi ſurſum ⁊
vbi deoꝛſum nō eſt maxīa diſtantia
quantitatiua:maxima dico ſimpliciter ⁊ omnino:ſed in-
ter ea eſt maxima diſtantia virtutum conſeruatiuarum.
plus enim differt virtus conſeruatiua grauiu3 que ē lo-
cus deoꝛſum a virtute conſeruatiua leuium que eſt locꝰ
ſurſum:ꝙ̄ diſtant abinuicē virtutes due in duabus par-

tibꝰ orbis ſibi oppoſitis: ⁊ hoc ſufficit. ¶ Ad aliam cū
dicit̃ ꝯ̄ria poſſunt ſibijnuicez ſuccedere ⁊c̄. poſſet dici ꝙ
ꝯ̄ria poſſunt conſiderari dupl̄r. Uno modo rōne q̄ ꝯ̄ria
ſunt. ⁊ ſic nō repugnat eis ſibijnuicē ſuccedere in eodem
ſubiecto. Alio mō ſm ꝙ ſunt in talibus naturis determi
natis. ⁊ ſic pōt eſſe ꝙ nō ſuccedāt ſibijnuicē in eodē ſub
iecto. Aut dicat̃ ꝙ q̄uis locus ſurſum ⁊ locus deorſum
non ſuccedant ſibi in eodē ſm ſe: tñ ſm ſuos effectus. ſ.
vbi ſurſum ⁊ vbi deorſum bene ſuccedunt ſibi in eodem
ſubto. ¶ Ad aliud pōt dici ꝙ licet virtus conſeruatiua
leuiū que eſt locꝰ ſurſum nō agat imediate ad corruptio
nez loci deorſum: tñ poſſibile eſt ꝙ agat ad hoc mediate
.ſ. mediantibꝰ corporibus intermedijs. ſ. inter ipm celuz
⁊ ipm locū grauiū: bene tñ verū eſt ꝙ nunꝙ virtus con
ſeruatiua grauiū que eſt locus deorſum corrūpit virtutē
cōſeruatiuaz leuiū exiſtente in cōcauo celi: cuz ipm celū
T.c.20. non ſit alterabile ab iſtis īferioribus. vt ſatis pz in pmo
celi ⁊ mūdi. nec oportet ꝙ vl̄r vnū contrariorū ſit corru-
ptiuum alterius ⁊ econuerſo: licet hoc ſit in iſtis īferiori
bus cōtrarijs q̄ cōmunicant in vna materia.

¶ Que autem eſt in eadem ſpecie mutatio in ma
gis ⁊ minus abſtractio eſt ⁊c̄. Textu commen-
ti. XIX. Queſtio. VIII.

Onſequenter querit̃. Utꝝ magis perfectuz
⁊ minus perfectū in forma ad quā eſt motꝰ
c ſint diuerſa ſm ſpēm. ¶ Arguit̃ pmo ꝙ ſic.
qꝛ contraria differunt ſm ſpēm. vt videt̃ vel
T.c.19. le Ariſto. in. io. metaphy. ſed magis pfectuz
⁊ minus perfectū in talibus formis videnť eſſe ꝯtraria:
qȯ ꝓbatur. qꝛ motus non eſt niſi a contrario in cōtrariū
ſaltē in iſtis inferioribus: ſed contingit aliquid moueri a
minus perfecto ad magis perfectuz: vt a minꝰ calido ad
magis calidū. ⁊ ſic de ceteris. quare ⁊c̄. ¶ Itē extrema
⁊ mediuz differūt ſm ſpēm vt albedo ⁊ rubedo. ⁊ ſic de
alijs. ſed nō differunt niſi ſm magis ⁊ minus. mediū enī
hz actu vtrūqꝫ extremoꝝ nō in ſuis vltimis pfectionibꝰ
C.cō.56 vt dicit Cōmē. i pmo huiꝰ. ergo mediū hz in ſe vtrunqꝫ
extremoꝝ remiſſum ⁊ ſm minorē perfectionez. q̄re ⁊c̄.
¶ Itē illa differūt ſpecie quoꝝ vnū eſt corruptiuū alte
rius. hec videt̃ manifeſta: qꝛ ea que ſunt eiuſdem ſpeciei
nō videnť eē ſibijnuicē corruptiua: modo magis calidū
corrūpit minꝰ calidū. vt maior flāma corrūpit minorem
ſm Ariſto. in de cauſis longitudis ⁊ breuitatis vite: ⁊ in
de reſpiratione. quare ⁊c̄. ¶ Itē magis differunt magis
albū ⁊ minꝰ albū: ꝙ duo alba eque perfecta. hoc eſt ma-
nifeſtū: ſed duo alba eque perfecta differunt numero vt
manifeſtū eſt per ſe. ergo magis albū ⁊ minꝰ albū diffe-
runt pluſꝙ numero: ſed non poſſunt pluſ differre ꝙ nūe
ro niſi differant ſpecie vt certū eſt. quare ⁊c̄.
¶ Oppoſitū arguit̃ auctoritate Ari. hic. vult enī ꝙ ma-
gis ⁊ minus ſunt in eodē ſpecie: ⁊ hoc etiaz eſt cōe dictū
ꝙ magis ⁊ minus non diuerſificant ſpeciem.

**Ad queſtionē** pōt dici breuiter ꝙ magis p
fectū ⁊ minuſ perfectū in for
ma ſm quā eſt motꝰ nō differūt ꝓprie ſm ſpēm. Et hoc
aliqui ſic ꝓbant. Si hmōi magis ⁊ minꝰ differūt ſpē nul
lus motus poſſet eſſe vnꝰ numero ſimpliciter: qȯ eſt oio
T.c.34. incōueniens. ⁊ ꝯ̄ Ariſt. in iſto 5° ⁊ apparet ꝯña. qꝛ ſemp
in alio ⁊ in alio inſtanti tēporis menſurātis motū ad for
mam aliquid acquirit̃ illius forme perfectius ⁊ minꝰ p-
fectū: motus eniz eſt: generatio vnius partis poſt aliā p-
tem illius perfectionis ad quā tēdit motus donec perfi-
Cō.4. ciatur ⁊ ſit in actu. vt docet Cōmē. in 3° huius. ⁊ conſtat
ꝙ pars que acquiritur in inſtāti priori eſt minus perfecta
ꝙ que acquiritur in inſtanti ſequenti: vt cum aliquid ca-
leſit pus acquirit̃ caliditas minus perfecta: ⁊ poſtea ma
gis perfecta. ſimiliter aūt ⁊ in alijs motibus ſuo mō. Si
igit̃ hmōi forme differūt ſm ſpēm: tūc nullus motus eſt
ſm formā vnā ſpecie. Ad hoc aūt ꝙ motus ſit vnus nu-
mero requirit̃ ꝙ ſit ſm formā vnā ſpecie ad minus: licet
forte nō ſit neceſſariū ꝙ ſit ſm formā vnam numero: ita
.ſ. ꝙ forma ſm quā eſt motus ſit vna numero: per totuz
tempus. De hoc aūt videbit̃ in ſequētibs. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē
pōt ſic ꝓbari cōcluſio. Si albedo pfectior ⁊ minus pfe
cta eſſent diuerſe ſm ſpēm: tūc non magis differrēt albe
do ⁊ nigredo ꝙ albedo perfectior ⁊ minus pfecta: qȯ vi
detur abſurdū. ⁊ pz ꝯña. qꝛ albedo ⁊ nigredo per ſe ſolū
non differunt niſi ſm ſpēz. Si ergo albedo perfectior ⁊
minus pefecta differunt ſpecie: tūc non plus differrēt al
bedo ⁊ nigredo ꝙ albedo pfectior ⁊ iperfectior. ¶ Sz
forte hec ratio nō eſt demōſtratiua: qꝛ diceretur ꝙ nihil
ꝓhibet differentiū ſm ſpēm quedam magis eſſe diuerſa
ꝙ alia vt homo ⁊ muſca differūt ſm ſpēm. ⁊ ſil̄r homo ⁊
ſimia differūt ſic ſm ſpēm. ⁊ tñ homo ⁊ muſca plus diffe
rūt ꝙ homo ⁊ ſimia: niſi ꝙ forte hō ⁊ muſca nō plus dif
ferunt quātum ad ſubſtantias ⁊ per ſe ꝙ hō ⁊ ſimia: ſed
quātū ad diſpoſitioneſ ſunt magis diſſimilia. Homo aūt
⁊ ſimia magis ſimilia: ſed nō magis eadē ſm ſe. ¶ Item
poſſet ſic argui. Si magis perfectū ⁊ minꝰ pfectū in for-
ma ſm quaz eſt motus differrent ſpē: tunc ſube ſil̄r habe
rent magis ⁊ minus ſicut accidentaleſ forme: qȯ eſt ipro
babile. Et pz ꝯña. qꝛ certū eſt ꝙ in ſubſtantijs eſt magis
perfectū ⁊ minus perfectū in diuerſis ſpēbus. Una eniz
ſubſtantia eſt pfectior alia. vt pz ex pmo de generatiōe.
Si igit̃ forma accidentalis ſm quaz ē motꝰ nō haberet
magis pfectū ⁊ minus pfectuz niſi in diuerſis ſpeciebus: T.c.18.
tūc nō aliter reciperet accidēs magis ⁊ minꝰ ꝙ ſuba: qȯ
cū ſit iprobabile: qꝛ ſubſtantia nō recipit magis ⁊ minuſ
ſaltem ſuba mixti. ideo ⁊c̄. ¶ Itē poſſet duci ad aliud i-
probabile: ꝙ ſi magis ⁊ minus in forma ſm quā eſt mo-
tus differunt ſm ſpēm: tunc eſſent infinite ſpēs ſaltez ſuc
ceſſiue in eodē ſubiecto: qȯ eſt abſurduz. ⁊ ꝓbat̃ ꝯña: qꝛ
certū eſt ꝙ in tēpore menſurante motū ꝓprie dictū ſunt
infinita inſtantia: ⁊ in vnoquoqꝫ illoꝝ acquirit̃ alia ps
illius forme ſm quā eſt motus: ita ꝙ pars que acquirit̃
in inſtanti poſteriori eſt perfectior parte que fuit acquiſi
ta in inſtanti precedente. verbi gratia. Cum aliq̄d calefit
in aliquo tēpore in quolibet inſtanti illius tēporis acqui
ritur aliq̄d vel aliqua pars caliditatis ⁊ ſemp perfectior
pars eſt illa que acquirit̃ in inſtanti ſequenti. cū igit̃ ſint
infinita inſtantia in illo tempore. vt pz ex 6° huius. infi-
nite partes caliditatis acquirerent̃ in ſubiecto in illo tē- T.c.15.
pore. ⁊ ſic ſi magis ⁊ minus ſunt diuerſa ſm ſpēm in tali
forma. ſequit̃ ꝙ erunt ſpecies infinite ſm ſucceſſionem:
qȯ videt̃ ipoſſibile omnino. ¶ Et confirmat̃: qꝛ ſm ali
quos oēs ſpecies que poſſunt eſſe in vniuerſo ſunt actua
liter in ipſo. Et hec videt̃ eſſe intentio lincoñ. ſuper pmo
poſterioꝝ vbi dicit ꝙ veriſimile eſt oēs ſpēs vniuerſi in
qualibet hora manere. Aliter enim vniuerſitas entium
quandoqꝫ eſſet diminuta. Aliter ēt ſpēs ille non plꝰ per-
tinerent ad perfectionem vniuerſi ꝙ ſua indiuidua. Si
igitur in aliquo ſubiecto poſſent eſſe ſpecies infinite ne-
ceſſario videretur ꝙ ſpecies infinite ſimul eſſent: quod ē
manifeſtum impoſſibile.

**Ad primam** rōnē dico ꝙ maior ē vera de cō-
trarijs ꝯ̄rietate ꝓpria ⁊ pfecta:
ſz de ꝯ̄rijs ꝯ̄rietate diminuta ⁊ iperfecta nō ē vera: ⁊ ſic
eſt hic. quare ⁊c̄. ¶ Ad aliam cum dicitur. medium ⁊ ex-
trema ⁊c̄. Intelligenduz eſt hꝰ ꝙ de medio ſunt due opi-

ſiones.Una eſt ꝙ medium inter duo extrema eſt cõpo-
ſitū ex eſſentijs extremoꝝ remiſſis ⁊ refractis:vt rube
do ex eſſentia albedinis ⁊ nigredinis.ſilr aũt ⁊ in alijs ⁊
loquimur de medijs fixis:que.ſ.hñt eẽ fixa in ſubtis.Et
tunc iſti dicerent ꝙ ipm medium differt ab altero extre-
moꝝ ratione alterius qḋ includit in eius eſſentia.verbi
gratia.rubedo differt a nigredine rõne albedis:⁊ ab al
bedine rõne nigredinis.ſilr aũt ⁊ in alijs.⁊ ſic nõ differt
ſolũ ſm magis ⁊ minus.Uerũ eſt tñ ꝙ ſm iſtã viam me
dium quãtũ ad id qḋ includit de altero extremo nõ dif-
fert ab illo extremo niſi ſꝫ magis ⁊ minꝰ:vt rubedo q̃tũ
ad illud qḋ includit de albedine non differt ab albedine
niſi ſm magis ⁊ minꝰ:ſed rõe alterius partis differt per
ſe ab albedine.ſ.rõne nigredinis. ¶ Sed iſta opinio vi-
detur difficilis.qꝛ ſm hoc mediũ nõ erit quid vnũ per ſe
cuꝫ ex duabꝰ formis non fiat vnũ ens ꝑ ſe. ¶ Jtẽ forma
omnis eſt ſimplicis eſſentie.vt vult auctoꝛ.6.ꝓncipioꝛũ.
rubedo aũt eſt quedã forma.⁊ ſilr de alijs hmõi.q̃re ⁊c̃.
¶ Et ideo dicunt alij aliter.⁊ dicũt ꝙ mediũ ipm nõ eſt
eſſentialiter cõpoſitũ ex extremis fractis:imo eſt forma
ita ſimplex in eſſentia ſicut ſunt forme extreme:tñ habꝫ
quodãmõ virtutẽ vtriuſqꝫ extremoꝝ.Et ſic intelligunt
Cõmẽtatorẽ cũ dicit ꝙ in medio ſunt extrema in actu.i.
in virtute quadã actiua:qua ipm mediũ põt agere actio
nem ſimilẽ actioni vtriuſqꝫ extremi:vt tepidũ habꝫ ali-
qualiter calefacere frigidũ ⁊ aliqualiter frigefacere cali
duꝫ.⁊ ſic de ceteris.⁊ ſic nõ differt ab extremis ſoluꝫ ſm
magis ⁊ minus:que ſunt perfectiões accidẽtales eiuſdẽ
forme:ſed differt ab eis per ſe ⁊ ſm ſuã eẽntiam. Et for
te nõ eſt remotũ quin ſubiectum forme medie habeat in
ſe formas extremas actu nõ in ſuis vltimis perfectiõibꝰ
ſed refractas ⁊ remiſſas:⁊ ille ſunt ſicut diſpoſitões ſub
iecti ad formã mediã conſequentẽ:que tñ forma media
eſſentialiter differt ab vtroqꝫ extremoꝝ ⁊ ꝓmo:⁊ iõ nõ
valet illa ratio. ¶ Ad aliã cũ dicit.illa quoꝝ vnũ nõ eſt
coꝛruptiuũ alterius ⁊c̃. Põt dici ꝙ verũ eſt ſi vnũ ſit per
ſe coꝛruptiuũ alterius:ſed ſi per accidens nõ eſt neceſſe.
modo diceret ꝙ caliditas maioꝛis flãme nõ coꝛrumpit
per ſe caliditateꝫ minoꝛis flãme.Sed per accidens hoc
modo:qꝛ flãma eſt ſpiritus ſicci ardoꝛ:ſm Ariſt.in ꝓmo
metheoꝛoꝝ.Jlle aũt ſpiritus cuius ardoꝛ ẽ flãma debet
habere aliquã humiditatẽ aereã ⁊ ſubtileꝫ:⁊ ſine humi
ditate ta'i nõ põt cõſeruari talis flãma. Conſtat aũt cũ
maioꝛ flãma appꝛopinquat minoꝛi ꝙ caliditas maioꝛis
flãme cõſumit illud humidũ ex quo haberet ⁊ poſſet cõ
ſeruari flãma minor:⁊ ſic per accidẽs coꝛrũpit ipam mi
noꝛeꝫ flãmaꝫ ⁊ eius caliditatem:ſed non per ſe:ideo ⁊c̃.
¶ Ad aliã dicenduꝫ ꝙ albedo perfectioꝛ ⁊ minus per-
fecta nõ plus differunt per ſe ⁊ eſſentialiter q̃ꝫ due albe-
dines eiuſdem gradus:ſed bene ſunt minus ſimiles qua-
dam accidentali ſimilitudine:⁊ due albedines eiuſdem
gradus vel equaliter intẽſe ⁊ perfecte ſunt ſimilioꝛes ac
cidentali ſimilitudine q̃ꝫ due albedines:quarum vna eſt
perfectioꝛ alia:ſed per ſe non ſunt magis eedem adinui-
cem q̃ꝫ ille.quare non valet ratio.

¶ Unus autem motus dicitur multipliciter ⁊c̃.
Textu cõmen.XXXI. Queſtio IX.

Uerit hic.Utrum forma ſm quã eſt motus
ſit vna numero a ꝓncipio motꝰ vſqꝫ ad ter-
q minũ.verbi gratia.Cũ aliquid calefit calidi
tas ſit vna numero a pꝛincipio calefactionis
vſqꝫ ad terminũ:⁊ ſic de ſilibus. ¶ Arguit
ꝓmo ꝙ nõ.qꝛ illud qḋ eſt in cõtinuo fluxu nõ manet vnũ
nũero hec videt manifeſta:ſed forma ſm quã eſt motꝰ ẽ
in cõtinuo fluxu:vt ẽt manifeſtũ eſt ſꝫ oẽs. q̃re ⁊c̃.
¶ Oppoſitũ arguitur.qꝛ ſi talis forma non maneret vna
numero:tunc talis motus non eſſet vnus numero.⁊ pꝫ
ꝯña.quia motus ſm venioꝛẽ acceptionẽ eſt forma fluẽs.
vt vult Cõmentatoꝛ in 3° huius.quare ⁊c̃. Cõ.4.

Ad queſtionem eſt intelligẽdũ ꝙ de gradi
bus forme ſm quã ẽ motꝰ
ſunt diuerſe opiones. ¶ Quidã eni dicunt ꝙ illi gradus
nõ ſunt idẽ eſſentialiter cũ ipſa forma nec eiuſdẽ ſpeciei
imo ſunt diuerſi eẽntialiter ab ipſa forma.verbi gratia.
cuꝫ aliqd calefit gradus caliditatis ſuccedentes in ſubo
non ſunt caliditates:ſed ſunt accidentia quedã diuerſa a
caliditate eſſentialiter.Silr aũt ⁊ in alijs ſuo modo.Et
iſti dicũt ꝙ eſſentia forme manet eadẽ numero per totũ
tempus motus ⁊ gradus ſunt diuerſi:⁊ vno adueniente
coꝛrũpit pꝛecedens.⁊ dicunt iſti ꝙ ad eſſentiã forme nõ
eſt motus:imo eẽntia forme acquirit in ꝓmo inſtãti ap-
pꝛopinquatõis alterantis ad alterabile.ſed gradus acq
runt per motũ vel extra ſub tali gradu.verbi grã.Eſſen
tia caliditatis in inſtanti:ꝓmo quo calefaciens eſt appꝛo
pinquatũ calefactibili:⁊ deinde acquirunt diuerſi gradꝰ
caliditatis ſucceſſiue vnus poſt alium:ita ꝙ caliditas in
nullo tempoꝛe manet ſub eodẽ gradu:ſed ſemꝑ acquirit
alium ⁊ alium vſqꝫquo motus terminet:⁊ adueniẽte po
ſterioꝛi gradu deficit ꝑcedens:forma tñ manet vna ⁊ ea
dem numero per totũ tẽpus motũ vt dicunt.Q autem
forma ſm quã eſt motus maneat vna numero per totũ
tꝑs motus cõtinui hoc ꝓbant rõne pꝛius inducta.qꝛ ali
ter motus nullus eſſet vnus numero:qḋ eſt incõueniẽs.
qꝛ omne ens eſt vnũ numero aliqualiter:ſm Boetiuꝫ in
de vnitate ⁊ vno.Apparet ꝯña.qꝛ motus vel eſt forma
fluens ſm verioꝛẽ opinionẽ vel eſt fluxus forme ſm fa-
moſioꝛẽ opionẽ.vt dicit Cõmen.in 3° huius.Et ſi q̇dem Cõ.4.
motus ſit forma fluens ſic manifeſtũ eſt.ꝙ ſi non eſt for-
ma vna numero.ſic nõ erit motus vnus numero.Si vͦo
motus ſit fluxus forme:ſic adhuc videt ſequi ꝙ ſi nõ eſt
vna forma nõ erit vnus motus.Nã fluxus vnꝰ numero
nõ eſt niſi forme vnius nũero.Formaꝝ eniꝫ diuerſarum
numero nõ põt eſſe vnus fluxus numero vt videt mani
feſtũ.q̃re ⁊c̃.Q aũt gradus forme ſit alius ⁊ alius ⁊ nõ
idẽ ſimplr ꝓbant ſic.qꝛ ſi forma maneret vna numero ⁊
ſub eodẽ gradu:tũc ſubiectũ motus quieſceret dũ moue
ret:qḋ eſt ipoſſibile.Et ꝓbat ꝯña.qꝛ illud quieſcit qḋ ſe
hꝫ eodem mõ nũc ſicut ⁊ ꝑus:vt pꝫ in 6° huius.mõ illḋ T.c.73.
qḋ mouet ſe haberet in tẽpoꝛe motus eodẽ mõ nunc vt
ꝑus:poſtq̃ꝫ haberet eandẽ formã ⁊ ſub eodẽ gradu.qua
re ⁊c̃.Q autem gradus forme ſit alius ab ipa forma:h
pꝛobat.qꝛ illa nõ ſunt idẽ numero quoꝝ vnũ manet idẽ
vnũ in numero ⁊ aliud nõ:ſꝫ ſic ſe habẽt gradus forme
⁊ forª.vt pꝫ ex dictis. ¶ Sed ſine dubio iſta poſitio nõ
videt eſſe oĩno vera quãtũ ad id qḋ ponit de gradibus
forme ad quã eſt motus.ſ.ꝙ ipſi gradus ſunt alij eſſen-
tialiter ab ipſa forma.verbi grã.ꝙ gradus caliditatis q
acquiruntur in diuerſis inſtantibus tempoꝛis menſuran
tis motuꝫ calefactionis:ſint penitus alij eſſentialiter ab
ipſa caliditate.hoc videt multuꝫ ipoſſibile.qꝛ ſi gradus
caliditatis non eſſet caliditas:ſed aliquid aliud eſſentia
liter a caliditate:tunc calefactio magis deberet dici ter-
minari ad aliquid aliud:q̃ꝫ ad caliditatẽ:qḋ eſt oĩno ri-
diculũ.Et ꝓbat ꝯña.qꝛ ſm iſtã poſitionẽ calefactio vel
terminat ad gradũ aliquẽ caliditatis vel ad caliditateꝫ
vt eſt ſub tali gradu:ita.ſ.ꝙ talis gradus caliditatis vel
eſt terminus calefactionis vel eſt formale in termio ca-
lefactionis:omnis aũt motus magis eſt ad terminũ ſuũ
⁊ ad formale in ſuo termino q̃ꝫ ad aliquid aliud vt mani

feſtum eſt vnicuiq; ſani capitis.ergo calefactio magis eſt
ad aliquid aliud a caliditate ꝗ ad caliditatē:⁊ magiſ dꝫ
denominari ab aliquo alio ꝗ a caliditate:qđ eſt oīo ab-
ſurdum. Et ſimilr̄ eſt intelligendū de quocunq; alio mo-
tu ad formā. ¶ Jtē ſi gradus caliditatis nō eſt eſſentia-
liter caliditas:ſed aliquid aliud ſm ſpeciē a caliditate.
Querit vtꝝ hmōi grad⁹ ſit quid abſolutū:aut ſit relatio
ſeu reſpectus. Si diceret ꝙ eſt relatio vel reſpectus hoc
videt eſſe multū irrōnabile:qꝛ ſm hoc calefactio magiſ
eſſet ad relationē ꝗ ad caliditatē:cū terminus eius vel
formale in termino eſſet relatio:vnūqđq; aūt magis de
bet denominari a ſuo formali ꝗ a ſuo materiali. Si aūt
diceret ꝙ ipſe gradus caliditatis eſt ens abſolutū. Que
ritur in quo genere ſit.⁊ nō inuenit eſſe rōnabile ꝙ ſit in
alio genere niſi in genere q̄litatis vt pꝫ inducenti in oīb⁹.
Si aūt hmōi gradus caliditatis eſt qualitas:queritur in
qua ſpecie qualitatis:⁊ nō eſt rōnabile ꝙ ſit in p̄ma ſpe-
cie nec in ſecūda nec in quarta:vt quilibet intelligens ꝓ-
prietates iſtaꝝ ſpecierū concederet.ergo relinquit ꝙ in
tertia ſpecie qualitatis. Aut igit qualitas p̄ma aut ſecun
da. Nō eſt dicendū ꝙ ſit qualitas ſecunda.qꝛ qualitateſ
ſcđe non inueniunt niſi in mixtis.vt vult Commen. in 2°
Cō.97. de aīa.⁊ habet.⁊ 4° metheoroꝝ.ergo grad⁹ caliditatis
eſt qualitas p̄ma tangibilis:⁊ cum non ſit frigiditas nec
humiditas nec ſiccitas: vt manifeſtum eſt relinquit ꝙ ſit
caliditas.ſilr̄ aūt eſt de aliȷ̄s ſuo modo. ¶ Jtē ſi gradus
forme eſſet aliud ab ipſa forma tūc diſſimilitudo nō poſ
ſet fundari imediate in duabus qualitatibus eiuſdē ſpe-
ciei:vt ſup duas caliditates eiuſdē ſpeciei nō poſſet fun-
dari diſſimilitudo:qđ videt inconueniens:qꝛ ꝓprium eſt
qualitatis ſm eam ſimile a diſſile dici.vt docet Ariſto.in
predicamentis:⁊ pꝫ ꝯña.qꝛ diſſimilitudo nō fundat in q̄
litatibus eiuſdē ſpeciei niſi rōne diuerſoꝝ graduum. Si
eniꝫ eēnt equales gradus eſſent ſimiles adinuicē vt ma-
nifeſtū eſt.ergo ſi gradus eſſent aliȷ̄ eſſentialiter a calidi-
tate:tunc diſſimilitudo nō fundaret imediate ſup quali-
tates eiuſdē ſpeciei qđ eſt inconueniēs.ergo ⁊c̄. ¶ Et ꝓ
pter iſta ⁊ ſimilia dicunt aliȷ̄ ꝙ gradus forme ad quā eſt
motus ſunt idē eſſentialr̄ cū ipa forma:ita ꝙ diuerſi gra
dus caliditatis nō ſunt aliud eſſentialr̄ ꝗ diuerſe calidi-
tates:ſilr̄ aūt ⁊ in aliȷ̄s.⁊ iſti ſunt bipartiti q̄tū ad qōnē
ꝓpoſitam. ¶ Quidā enim iſtoꝝ dicunt ꝙ nullus iſtorū
graduū manet vn⁹ numero per totū motū:nec aduenie-
te vltimo gradu terminante motū manēt p̄cedētes:ſed
ſemper vno adueniēte alter corruptus eſt:⁊ adueniente
vltimo oēs precedentes corrupti ſunt.verbi grā.cū ali-
qđ calefit nō manet aliq̄ parſ caliditatis eadē numero a
p̄ncipio vſq; ad terminū:imo adueniente poſteriori par
te pars prior eſt corrupta.⁊ ſilr̄ in aliȷ̄s ſuo mō. ¶ Et hꝫ
ipſi ꝓbant multipliciter. Primo ſic.ſicut ſe hꝫ illud quod
localiter mouet ad vbi p̄cedentia terminū mot⁹ localis:
ſic ſe habet illud qđ mouet ad formā ad partes forme
p̄cedentes terminū motus ad formā. hec videt manife-
ſta.per ꝯuenientē ſimilitudinē:⁊ ſpecialiter de motu alte
rationis:ſed in illo qđ localiter mouet nō manet aliqđ
vbi vnū ⁊ idem numero per totū tēpus menſurās motū
ſed ſemper eſt in alio ⁊ in alio vbi:ſicut ſemper itrat aliū
T.c.74 ⁊ aliū locū.vt pꝫ in 6° huius. ergo ſimiliter id qđ moue-
tur ad formā nō habet aliq̄ partē forme ſm quā mouet
eadem numero:⁊ remanente in toto tp̄e motus. ¶ Jtē
ſi aliqua pars forme talis maneret eadem numero:tunc
vna ⁊ eadē forma eſſet in eodē ſubiecto ſimul:⁊ ſm idē
ſm eſſe magis perfectū ⁊ minus perfectum:qđ videt ab
ſurdum.⁊ ꝓbat ꝯña.qꝛ ſemper pars forme poſterior eſt
perfectior p̄cedente:cum ſubiectū ſit magis diſpoſitum
poſterius ꝗ prius ꝓpter maiorē remotionē cōtrariȷ̄. Si
igitur pars p̄cedens remaneret eadē nūero cū ſequente:
tunc ſequeret ꝙ vna forma ſimul eſſet in eodē ſubiecto
ſub eſſe magis perfecto ⁊ minus perfecto.q̄re ⁊c̄. ¶ Jtē
ſi pars forme p̄cedens maneret adueniente poſteriori.
Aut iſte partes fierent vna forma numero:aut remane-
rent diuerſe numero. Sed non eſt dicendum ꝙ fiant vna
forma numero.qꝛ illa nō ſunt vnū numero que generan
tur diuerſis generationibus.hoc videt manifeſtū. Sed
iſte partes generant diuerſis generationib⁹:cum fiant in
diuerſis inſtantibus.quare ⁊c̄. Si autē dicat ꝙ iſte par
tes remanent diuerſe numero.hoc videt omnino incon-
ueniens.qꝛ accidentia abſoluta diuerſa numero ⁊ eiuſdē
ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe in eodē ſubiecto ⁊ ſꝫ eādē
partē.vt pꝫ ex 5° meta. Jſte aūt partes oēs erunt eiuſdē
ſpeciei ⁊ in eodē ſubiecto ⁊ eadē parte.quare ⁊c̄. ¶ Jtē
ſi illud qđ mouet ſub aliqua forma maneret ſub aliqua
parte illius forme eadem numero per aliqđ tp̄us.ſequit
ꝙ ſimul dū moueret quieſceret:qđ eſt ipoſſibile ſm idē.
Et ꝓbat ꝯña.nam illud dicimus quieſcere qđ in alio ⁊ in
alio inſtāti manet ſub eadē forma numero.vt vult Aꝛ.
in 6° huius.quare ⁊c̄. ¶ Jtē ſi forma ſm quā eſt motus
maneret vna numero per totū tp̄s:ſequeret ꝙ forma q̄ T.c.73.
inueniret in mobili terminato motu eſſet vigoris infini-
ti:qđ videt ipoſſibile oīno. Et ꝓbat ꝯña.ſupponēdo ali
qua. Primo ꝙ in quolibet tp̄e ſunt ifinita inſtātia:⁊ hoc
habet ex 6° huius. Scđo ꝙ in quolibet inſtanti tp̄is mē
ſurantis motū ad formam acquiritur aliquid illi⁹ forme. T.c.15.
ſicut in quolibet inſtanti tēporis menſurātis motū loca-
lem ipſuꝫ mobile acquirit ⁊ recipit aliqđ vbi.vt pꝫ in 6°
huius. Tertio ꝙ pars forme que acquirit in inſtanti po T.c.74
ſteriori eſt ꝑfectior ꝗ illa que acquirit in inſtanti p̄ori:vt
pars caliditatis que acquirit in poſteriori inſtāti eſt pfe-
ctior ⁊ maioris vigoris ꝗ pars que fuit acquiſita in iſtā-
ti p̄cedente.⁊ hoc pꝫ.qꝛ ſemper in inſtāti poſteriori plus
remotū eſt de ꝯ̄rio ꝗ in p̄cedenti.⁊ per ꝯñs ſubm̄ eſt me
lius diſpoſitū ad illā formā que intendit.⁊ ſic recipit eā
perfectiorē.vt cū ignis alterat aquam corrumpendo ei⁹
frigiditatē:ſemper in inſtanti poſteriori plus eſt debilita
ta frigiditas ꝗ prius.⁊ ſic aqua calidior eſt. Jllud eni eſt
albi⁹ qđ eſt nigro ipermixtius.vt Ariſto.dicit in 3° top.
⁊ habet ex iſto 5°. Et ſilr̄ illud eſt calidius qđ eſt frigido
ipermixtius. ¶ Tūc arguit.illa forma que includit par
tes infinitas.quarū vna eſt maioris vigoriſ ꝗ alia ⁊ per
fectioris:videt eſſe vigoris infiniti. hec videt eſſe mani
feſta:ſed caliditas terminata calefactione includit par-
tes infinitas.qꝛ qua rōne aliqua de partibus p̄cedentib⁹
manent eadē numero adueniente termino:eadē ratione
⁊ omnes alie:ſed ille fuerunt infinite cuꝫ inſtātia fuerūt
infinita : ⁊ in quolibet inſtāti acquiſita fuit caliditas no-
ua ⁊ pars noua caliditatiſ.ergo illa caliditas eſt ex cali
ditatibus infinitis:⁊ vna illaꝝ eſt perfectior alia.vt pro
batum eſt.ergo illa caliditas erit vigoris infiniti:qđ eſt
abſurdū:⁊ cōtra Cōmētatorē in 8° huius.⁊ 2° celi ⁊ mū Cō.34.
di.⁊ in tractatu de ſubſtātia orbis.quare ⁊c̄. Et idem vi
detur ſequi ſi gradus poſterior eſſet eque perfectus cum
priore:qꝛ ſaltem totū aggregatū ex priore ⁊ poſteriore
erit perfectius ⁊ vigoroſius ꝗ gradus precedens. Jſtis
rationibus ⁊ ſimilibus mouent aliqui ad credenduꝫ ꝙ
forma ſm quā eſt motus nō manet eadem numero a p̄n
cipio motus vſq; ad terminū. Aliȷ̄ vero dicunt cōtrariū
⁊ dicunt aliqui ꝙ omnes partes caliditatis que acquirū
tur in inſtantibus tēporis menſurantis calefactionē ma
nent eedem numero adueniente termino calefactionis:
ſimiliter aūt ⁊ in aliȷ̄s motibus ſꝫ formā:ita ꝙ pars ca-

ſiditatis p̄cedens non coꝛrumpit adueniēte prioꝛi: ſed
manet. Et hoc ipſi ꝓbāt. p̄mo ſic. partes rei pmanētis. i.
nō ſucceſſiue per ſe debent manere perfecta illa re ⁊ exi-
ſtente in actu: vel ſaltē nō opꝫ neceſſario eas coꝛrumpi:
ſed partes foꝛme p̄cedentes terminū motus ſunt partes
perfectionis: ad quā tendit motꝰ donec perficiat ⁊ ſit in
actu: ſm Cōmen. in 3° huius. vbi plane dicit ꝙ motꝰ vno
mō eſt generatio vniꝰ partis poſt aliā parteꝫ illius perfe
Cō.4. ctionis. Et cōſtat ꝙ perfectio ad quā tēdit motꝰ eſt res
permanens: ita ꝙ nō eſt per ſe ⁊ eſſentialiter ens ſucceſſi
uum: vt etiā manifeſtū eſt. ergo huius ptes poſſunt ma-
nere illa perfectione acquiſita ⁊ exiſtēte in actu: ⁊ nō oꝫ
eas eſſe coꝛruptas cū hmōi pfectio ē in actu. ¶ Et ſi q̄s
inſtet cōtra iſtaꝫ rōnem ꝙ terminus oꝫ eſſe indiuiſibilis:
perfectio aūt ad quā tendit motus eſt terminus motus.
ergo oꝫ eſſe indiuiſibilis. ⁊ ſic ille partes nō ſunt ptes il-
lius perfectionis. quare non valet illa rō. Diceret ꝙ illa
perfectio ad quā tēdit motus non eſt terminus motꝰ ſm
ſe totam: ſed rōne ſue partis vltime: ⁊ illa bene eſt indiui
ſibilis: ſed ſm ſe totam nō eſt indiuiſibilis: imo hꝫ par-
tes quarū vna generat poſt aliā donec ſit cōpleta: ⁊ oēs
ille partes remanent terminato motu. quare ⁊c̄. ¶ Iteꝫ
alia ratio eſt ad idē ſatis difficilis ſupponendo ꝙ oē coꝛ
ruptuꝫ q̄d natū eſt manere aliquo toto tempoꝛe incepit
p̄mo nō eſſe in aliquo iſtāti ante q̄d nō erat ens tale illa
nō entitate quā accipit per coꝛruptionē: ſicut etiā omne
tale generatū incepit pꝛimo eſſe in aliquo inſtāti ante q̄d
nō fuit ens illa entitate. vt pꝫ. 8. huiꝰ. Secūdo ſuppono
ꝙ quelibet pars illiꝰ perfectionis nata eſt durare aliquo
toto tēpoꝛe. qꝛ oēs ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: ⁊ cō
ſtat ꝙ vna ipſaꝝ nata eſt manere. ſ. illa que terminat mo
tum. Et ad qualibꝫ ipſarū pōt terminari motꝰ. ¶ Tūc
arguit. ſi pars foꝛme acquiſita in aliquo inſtanti ante ter
minū motus eſt coꝛrupta adueniente illa parte ⁊ nō ma
net eadem nūero: aut fuit coꝛrupta in illo eodem iſtanti
in quo fuit generata: aut in alio inſtanti. Nō eſt dicendū
ꝙ in eodē inſtanti. qꝛ ſic ſimul eſſet ⁊ nō eēt: q̄d eſt oppo
ſitum p̄me dignitatis. Si dicat ꝙ in quodā alio inſtanti
incepit nō eſſe: tunc cū inter duo inſtantia ſemp ſit tēpus
T.cō.3. mediū. vt pꝫ in 6° huius. ⁊ in quolibet tēpoꝛe eſt inſtās.
Querit vtrum illa pars foꝛme ſit ens in toto illo tēpoꝛe
medio: aut nō ens. Si manet ens per totū illud tp̄s me-
dium habet ꝓpoſitū. qꝛ cum in illo tempoꝛe medio fiat
motus ſm foꝛmā illaꝫ: opꝫ ꝙ in quolibet inſtanti illiꝰ tē
poꝛis acquirat aliqua pars illiꝰ foꝛme: ⁊ ſic illa pars de
qua loquimur erit ſimul cū oībus illis partibus: ⁊ eadeꝫ
rōne poterit eſſe ſimul cū omnibus alijs ſequentibus: ſi
aūt illa pars foꝛme poneret eē nō ens in toto illo tēpo-
re medio: ſequeret ꝙ illō inſtās q̄d ponebat p̄mū inſtās
non entitatis illius partis nō eſt p̄mū inſtās ſue non enti
tatis: qꝛ in tēpoꝛe illo medio ſunt inſtantia p̄cedentia in
quoꝛū quolibet eſſet nō ens. ⁊ ſic illud q̄d ponebat iſtās
in quo illa pars fuit nō ens: nō erit p̄mū inſtans vt dictū
eſt: q̄d eſt cōtradictio manifeſta. quare ⁊c̄. ¶ Iteꝫ ſi par
tes foꝛme p̄cedentes terminū motus nō manerent adue
niente termino motus: tunc exn̄s in ſubo terminato mo
tu nō haberet partes ſimul exn̄tes. quaꝝ vna poſſet coꝛ
rumpi remanente alia: ſed hoc eſt falſum. quare ⁊ p̄mū.
Falſitas cōſequentie pꝫ. qꝛ ponamus ꝙ ex aere generet
aqua: ita ꝙ acquirat frigiditas aque in materia aeris: ⁊
iterū ignis agat in illā aquā: manifeſtū eſt ꝙ nō coꝛrum-
pet ſtatim totaꝫ illam frigiditatē: imo coꝛrupta vna par
te frigiditatis exiſtētis in aqua in qua tota agit ignis: ad
huc remanebit aliqua frigiditas in illa eadem parte aq̄.
⁊ ꝯn̄a videt eſſe euidens: poſtq̄ enim partes frigiditatiſ
p̄cedentes gn̄ationē aque ⁊ frigiditatiſ aque nō remane
rent adueniente termino illius frigefactionis: videretur
neceſſario ꝙ illa frigiditas nullas partes haberet: qua-
rū vna poſſet coꝛrūpi altera remanēte. ¶ Et cōfirmat
ratio. ponamus ꝙ ignis appꝛopiquet aque generate ex
aere: ⁊ accipiamus illam partē aque in quā totā agit ipe
ignis. Quero vtrū in p̄mo inſtanti quo ille ignis appꝛo-
pinq̄tus eſt illi parti aque: deſtruat tota frigiditas illius
partis aque aut non: ſed pars aliqua alia remanēte. Si
diceret p̄mo mō hoc videt abſurdum. Nam ſi in illo in-
ſtanti deſtrueret tota frigiditas illius partis aque: tunc
in illo eodem inſtāti illa pars eſſet calida in ſūmo calidi
tate ignis p̄ſente agente in ipſam: ⁊ ſic in mā illius partiſ
aque fieret foꝛma ſubſtātialis ignis nō p̄cedente aliqua
alteratione continua. q̄d videt ipoſſibile: ſm Cōmen. in
p̄mo huius. vbi vult ꝙ generatio neceſſario eſt terminꝰ Cō.62.
alterationis. quare ⁊c̄. Si vero cōcedat ꝙ ipſe ignis ap
pꝛopinquatus parti aque in quā totā ſimul incipit agere
non coꝛrumpit totā eius frigiditatē ſimul. ſ. in p̄mo inſtā
ti ſue appꝛopinquationis: ſed aliquā partem coꝛrumpit
alia remanente: tūc illa frigiditas habebat partes ſimul
exiſtētes ⁊ ille nō vident alie eē niſi que fuerint acquiſite
in tēpoꝛe pꝛecedente terminū motus illius infrigidatio
nis. ¶ Et cōfirmat rō. qꝛ cum actio ignis in aquā ſit no
ua: opꝫ ꝙ in aliquo inſtanti p̄mo inceperit coꝛrūpere fri
giditatem ⁊ inducere caliditatē: ⁊ ſic idē q̄d pꝛius. Sed
diceret cauillatoꝛ. ꝙ q̄uis partes foꝛme p̄cedentes ter-
minū motus nō maneant adueniente termino ad queꝫ:
tamen in inſtanti in quo terminat motus acquiſite ſunt
partes cōſimiles illis: ⁊ ſic iterū iſta foꝛma pōt coꝛrum-
pi ſucceſſiue. Sed iſtud nō videt ſufficiens: qꝛ nō eſt rō:
quare opoꝛteat partes p̄cedentes coꝛrumpi: ſi ſimiles in
termino motus generant. ¶ Item eadem inconuenien-
tia ſequerent que alij dicebant ſequi ſi partes pꝛecedēteſ
remanerent. ſ. ꝙ foꝛma illa eſſet vigoꝛis infiniti: ⁊ ꝙ eſ-
ſent ſimul in eodem ſm eſſe magis perfectum ⁊ minus
perfectuꝫ. vt pꝫ conſideranti. ⁊ ſic ille ratiōes eoꝛum nō
valebant ad pꝛopoſituꝫ. Si quis igitur pꝛopter iſtas ra
tiones ⁊ conſimiles vellet tenere iſtam viaꝫ: tunc poſſet
reſpondere ad rationes alterius opinionis.

Ad primam diceret. ꝙ nō ē ſimile de diuerſis
vbi ⁊ diuerſis partibꝰ foꝛme. Nā
vbi non ſolū cauſat a motoꝛe mouente localiter: ſed de-
pendet aliqualiter a loco circūſcribente mobili. vbi eniꝫ
ſm auctoꝛem ſex p̄ncipioꝛum eſt circūſcriptio coꝛpoꝛis
ex loci circūſcriptione pꝛocedens. ⁊ qꝛ nō eſt vnus locus
numero quem occupat mobile per totū tempus motuſ:
imo in alio ⁊ in alio inſtanti eſt in alio ⁊ in alio ſpacio ſi
bi equali. vt pꝫ in 6° huius. iō non manet idem vbi ꝑ to-
tum tempus motus: ſed foꝛma ſm quā eſt motꝰ ſufficien
ter eſt ab ipſo alterāte quod manet vnum ⁊ idem nume-
ro: ⁊ ideo foꝛma pōt manere vna numero per totū tem-
pus motus. quare ⁊c̄. Uel diceretur ꝙ bene pōt manere
vnum ⁊ idem vbi per aliquod tempus motus localis. ſ.
illud vbi q̄d non habet cōtrarietatem ad vbi terminanſ
motuꝫ. ¶ Et ſi dicat ꝙ mobile non eſt in eodē loco per
aliq̄d tempus dum mouetur localiter: cōcedo: ſed nō ſe-
quitur ꝙ non maneat in eodē vbi: qꝛ ipſum vbi nō depē
det a loco niſi in fieri ⁊ non in cōſeruari. Unde cum mo
bile receſſit ab aliquo nō eſt remotū quin remaneat vbi:
q̄d pꝛoceſſit ex circūſcriptione illius loci: dum modo nō
adueniat vbi cōtrariū ⁊ coꝛruptiuum. verbi gratia. duꝫ
aliquid mouet in loco aeris vnum illoꝛū vbi: que acqui-
ritur non videt eſſe contrariū alteri vbi: ⁊ ideo aduenie
te poſterioꝛi poteſt remanere pꝛecedenſ: dato ꝙ mobile

ſit in alio loco ꝙ prius. ¶ Ad Aliā rōnē cū dicit. qꝛ tūc
eadem forma ſimul eſſet ⁊c̄. dico ꝙ aliquam formam eē
in aliquo ſubiecto ſub eſſe minus perfecto pōt intelligi
dupliciter. Uno mō ꝙ ipm eſſe minus perfectū ſit cū pri
uatione eſſe perfectioris: ⁊ hoc bene eſt ipoſſibile cū eſſe
perfectiori: qꝛ priuatio ⁊ habitus nō ſunt ſimul in eodeꝫ
ſubiecto ſm idem. Alio mō pōt intelligi ꝙ ipꝫ eē minus
perfectū nō ſit cū ꝓuatione eſſe perfectioris: ⁊ ſic nullum
eſt ipoſſibile. ſic aūt eſt in ꝓpoſito. q̄re ⁊c̄. Uel diceretur
ꝙ oēs illi gradus ſunt eque perfecti cōparati adinuiceꝫ:
lꝫ ex eis cōſtituat vnū perfectiꝰ quolibet illoꝝ ſm ſe: ꝙ
aūt vnus illoꝝ graduū nō ſit perfectior alio videt. quia
tunc differrent ſm ſpēm cū differrent per ſe: niſi dicatur
ꝙ illa diuerſitas perfectionis eſt accidētalis: eo. ſ. ꝙ ſub-
iectū poſterioris ē magis diſpoſitū ꝙ̄ ꝑoris. ¶ Ad aliā
poſſet dici ꝙ ille partes remanerent aliquo mō diuerſe
numero: ita ꝙ nō ſunt penitꝰ vna forma numero. Et cuꝫ
dicit. ꝙ tunc duo accidentia ⁊c̄. Pōt dici ꝙ duo acciden
tia abſoluta eiuſdem ſpeciei ⁊ eque perfecta: vt quorum
vnū nō eſt diſpoſitio ad alterū non poſſunt ſimul eſſe in
eodeꝫ ſubiecto. vt due albedines equaliter intenſe ⁊ per
fecte: ſed ſi vnū ſit magis perfectuꝫ ⁊ alterū minus perfe
ctum ⁊ vnū ſit diſpoſitio quodāmō ad alterū: nō eſt icō-
ueniens talia duo ſimul eſſe in eodē ſubto. ⁊ ſic eſt in pro
poſito. Nam ſemꝑ pars forme que prius acquirit eſt mi
nus perfecta: ⁊ pars que poſteriꝰ acquirit eſt magis ꝑfe-
cta: ⁊ ꝓcedens diſponit aliqualiter ad ſequentē: ⁊ iō poſ
ſunt bene eſſe ſimul in eodē ſubto. Et ſi teneret ꝙ omnes
illi gradus ſunt eque perfecti cōparati adinuicē: tūc poſ
ſet aliter reſponderi: ꝙ illud eſt verū de accidentibꝰ per
ſe iexiſtentibus ſubto a ꝑncipio vel ab eterno: ſed de ac
cidentibus aduentitijs que adueniunt ſubo poſt ſuū eſſe
cōpletū nullū eſt inconueniēs ꝙ plura talia ſint ſimul in
vno ſubto. Uel poſſet teneri ꝙ oēs ille partes cōſtituūt
vnū numero. Et cū dicit ꝙ generant diuerſis generatio
nibus: qꝛ in diuerſis inſtantibus. Dicendū ꝙ hoc nō ſuf-
ficit ad diuerſas generationes: ſed requiritur diuerſitas
ſubiecti vel interruptio trāſmutationis. ¶ Ad aliaꝫ ne
gāda eſt ꝯña. Et cū dicit ꝙ illud dicitur quieſcere ⁊c̄. Di
co ꝙ mobile manere ſub eadeꝫ forma per aliqđ tꝑs con
tingit dupliciter. Uno mō ꝙ nullam aliā partē illius for
me acquirat ⁊ ſic quieſceret. Alio mō ꝙ ſimlr manens ſub
illa parte forme acquirat aliam partē forme vel alias: ⁊
ſic nō opꝫ ꝙ quieſcat. qꝛ nō oīno ſe hꝫ nūc ⁊ prius eodeꝫ
modo. ⁊ ſic eſt in propoſito. Nā ſemper in alio ⁊ in alio
inſtanti tēporis menſurantis motū ad formā ipm mobi
le acquirit aliā ⁊ aliam partē forme: nō tamē manet per
aliqđ tꝑus ſub aliqua parte illius forme ꝓciſe. quare ⁊c̄.
¶ Ad aliā negāda eſt ꝯña. Et cuꝫ dicit. Illa forma que
hꝫ ꝑtes infinitas ⁊c̄. Dico ꝙ veruꝫ eſſet: ſi ille ꝑtes eēnt
in ipſo actu ſimpliciter: ſed ſi ſunt in potētia: nō oꝫ. ſic āt
eſt in ꝓpoſito. Naꝫ adueniente termino ad queꝫ ille par
tes non ſunt in illa forma ſimplr in actu: ſed in potentia
aliquo modo. Et eſt ſimile ſicut de linea. nā in linea ſunt
partes infinite eiuſdē proportionis: ⁊ no ſequit ꝑꝑ hoc
ꝙ linea ſit infinita ſimplr ſm extenſionē. Et intelligo il-
las partes nō eē in ipſa forma vel in ſubiecto in actu ſim
pliciter: qꝛ quelibet eaꝝ eſt ſic iperfecta ꝙ ſubm nō poſ-
ſet eſſe ſub aliqua ipſaꝝ ſeorſum ⁊ diuiſim ab alijs. vnde
ſicut in corpore naturali ſunt partes quātitatiue excellē
tis paruitatis: que ſeorſum ⁊ diuiſim nō poſſent exiſtere
ſub forma totius: ſed reſoluerent in cōtinēs ſi ſepararen
tur a toto vt dictū eſt in ꝑmo: ⁊ iſtarū partiū infinitas n̄
arguit magnitudinē infinitam in actu vt manifeſtum eſt
cōſimiliter eſt in ꝓpoſito ſuo modo. ¶ Ad rationē ad-
ductam in ꝑncipio cum dicit illud qđ conſiſtit in ꝯtinuo
fluxu ⁊c̄. Uerū eſt: nō eſt vnum ⁊ idem numero: ita ꝙ ni
hil acquiratur in tempore illo: ſed poteſt manere vnū ⁊
idem numero acquirendo aliud ⁊ aliud: ⁊ ſic eſt in ꝓpo-
ſito. Nam pars forme precedens nō manet ſic eadeꝫ nu
mero ꝙ nihil acquirat in mobili: immo ſemper acquiri-
tur aliud ⁊ aliud durante motu: ⁊ ideo nō valet. hec aūt
ad preſens dicta ſint per modū inquiſitionis tanꝙ̄ ꝓba
bilia. Sed quid ſit tenendū de queſtione nō omnino cer
titudinaliter mihi apparet ad preſens

## ¶ Eſt autem qui quideꝫ ex contrario. A. qui eſt in contrarium non contrarius ⁊c̄. Textu commenti. XLVII. Queſtio. X.

Conſequenter queri poteſt circa caplm̄ đ cō-
trarietate motuuꝫ. Et primo querat. Utruꝫ
motus qui ſunt ex cōtrarijs terminis ſint cō
trarij. ¶ Arguit ꝑmo ꝙ ſic. Quia motꝰ ean
dem videntur hr̄e habitudinem ad terminū
ad quem ⁊ ad terminuꝫ a quo ⁊ econuerſo. Sed motꝰ q̄
ſunt ad cōtrarios terminos ſunt cōtrarij ſm Ariſ. in lr̄a. T.c.48
ergo ⁊c̄. ¶ Item illi motus qui nō poſſunt eſſe ſimul in
eodem ſubiecto ſunt cōtrarij. hec videt māifeſta: ſꝫ mo-
tus qui ſunt ex terminis cōtrarijs non poſſunt eſſe ſimul
in eodē ſubiecto vt manifeſtū eſt. Non eniꝫ cōtingit ali-
quid ſimul moueri ex ſanitate ⁊ ex egritudine. ſilr aūt ⁊ i
alijs. quare ⁊c̄. ¶ Item motꝰ qui ſunt ad terminos con-
trarios ſunt ꝯrij: ſm Ariſ. in lr̄a. Sed motus qui ſunt ex T.c.48
ꝯrijs terminis ſunt ad termios cōtrarios vt ſanatio que
eſt ex egritudine eſt ad ſanitatem: ⁊ egrotatio que eſt ex
ſanitate eſt ad egritudinē. quare ⁊c̄.
¶ Oppoſitum vult Ariſto. in littera.

Ad queſtionem poſſunt breuiter dici tria. T.c.47
Primo ꝙ motꝰ q̄ ſunt ad
termios ꝯrios ſunt cōtrarij. Scđo ꝙ nō oēs motꝰ qui
incipiunt a terminis ꝯrijs ſunt ꝯrij. Tertio ꝙ ꝯtingit ali
quos tales motus eſſe ꝯrios. ¶ Primū oſtendit. qꝛ cō-
trarietas motuū oꝫ ſumi ex ꝯrietate illoꝝ cū quibus illi
motus ſunt idē eſſentialiter. hec eſt manifeſta per ſe: ſed
motus qui ſunt ad terminos ꝯrios ſunt idē eſſentialiter
cū illis terminis. vt pꝫ ex 3° huiꝰ. ergo ⁊c̄. Uel pōt argui
ſic. Illi motꝰ ſunt ꝯrij qui ſunt idem eſſentialr cuꝫ ꝯrijs.
hec eſt manifeſta. Sed motus q̄ ſunt ad terminos ꝯrios T.c.49
ſunt idē eſſentialr cū ꝯrijs: qꝛ ſunt idē eſſentialr cuꝫ illis
terminis vt dictū eſt. g̊ ⁊c̄. ¶ Itē Ariſto. ſic ꝓbat. motꝰ
ad albedinē aut ꝯriat motui ad nigredineꝫ aut motui q̄
eſt a nigredine per ſufficientē diuiſionē: ſed nō eſt ꝯrius
motui qui eſt a nigredine: qꝛ ſic idē eſſet ꝯrium ſibiipſi cū
idem motus qui eſt ad albedinē incipiat a nigredine. q̄-
re relinquit ꝙ motus qui eſt ad albedinē eſt contrarius
illi motui qui eſt ad nigredinem: ⁊ ſimile eſt iudicium de
alijs motibus qui ſunt ad ꝯrios termios. q̄re ⁊c̄. ¶ Se
cundū declarat. qꝛ illi motus qui ſunt ad idem ſm ſpēm
non ſunt contrarij. hec eſt manifeſta: ſed motus qui inci
piunt a ꝯrijs terminis aliquando terminantur ad idem
ſm ſpeciem: ſicut motus qui incipit ab albo pōt termi-
nari ad nigredineꝫ ad idem ſcđm ſpēm: ſicut motus qui
incipit a rubeo poteſt termiari ad nigredinē: ⁊ ſimiliter
motus qui incipit a nigro ⁊ ab albo poteſt etiam termi-
nari ad rubedineꝫ. Et motus qui incipit a caliditate po
teſt terminari ad tepiditatem: ⁊ motus qui incipit a fri-
giditate ſimiliter. quare ⁊c̄. ¶ Tertiuꝫ apparet. qꝛ illi
motus qui ſunt ad terminos ꝯrios ſunt ꝯrij ſm ꝙ ꝓba-
tum eſt prius. Sed motus qui incipiunt a contrarijs ter
minis aliquādo terminantur ad ꝯrios terminos: vt mo

tus qui incipit a ſanitate.ſ.egritudo terminat ad egritudinē.ꝛ mot⁹ qui incipit ab egritudīe.ſ.ſanatio terminatur ad ſanitatē.quare ꝛc̄.Sed notandū ꝙ ꝗuis aliquādo motus qui incipiunt a ↄtrarijs ſunt ↄtrarij:tn̄ cōtrarietas eoꝛum non pꝛouenit ex terminis a quibus ſed ex terminis ad quos ratione pꝛeinducta.

**Ad pꝛimaꝫ** rōnem dicendum ꝙ nō eſt eadem habitudo mot⁹ ad terminū a quo ꝛ ad terminum ad quē:qꝛ motus eſt eiuſdem eſſentie cū termino ad quē ſꝫ nō cū termīo a quo.vt pꝫ in.3.❡Ad ſcḋaꝫ pōt negari maioꝛ qꝛ duo indiuidua eiuſdeꝫ ſpeciei abſoluta ꝛ equaliter ꝑfecta nō poſſunt ſimul eſſe:vt due albedines:ꝛ tn̄ nullā habēt contrarietatem adinuicem.ꝛ ideo non valet.❡Ad tertiam patet ex pꝛedictis.

❡Quoniā aūt motui nō ſolum videtur eſſe motus contrarius ſed ꝛ quies:determinanduꝫ eſt.ſimpliciter quidē ↄtrari⁹ eſt motus motui.oppon̄itur autem ꝛ quies.pꝛiuatio enim eſt.Textu cōmenti.LIII. Queſtio. XI.

Onſequēter querit vtrū quies ſit contraria motui.Videt ꝙ non.qꝛ tunc vnū ꝛ ideꝫ cō-
c trariaret pluribus:qḋ videt incōueniēs:vt pꝫ ex.io.meta.Et ꝓbatur ↄñtia.qꝛ vn⁹ motus eſt ↄtrarius alteri.g̊ ſi mot⁹ eſt ↄtrarius quieti ſequit ꝙ dictū eſt.❡Iteꝫ vtrūqꝫ ↄtrarioꝝ eſt ali
T.c.14. quid poſitiuū:vt pꝫ ex.io.metaph.ſed quieſ nō eſt aliq̄d
T.c.53. poſitiuū:qꝛ quies eſt ꝑuatio mot⁹:vt pꝫ in iſto.5.❡Itē ſi ſic tunc omne qḋ quieſcit aliqñ mouet:qḋ videt ipoſſibile:qꝛ intell's q̄eſcit.ꝛ tn̄ intell's nunꝙ mouet:qꝛ oē qḋ
T.c.32. mouet eſt coꝛpus:vt pꝫ in.6.hui⁹.ꝛ intell's nō eſt coꝛp⁹:
T.c.4. vt pꝫ.3.de aia.Qꝛ aūt intell's quieſcat.ꝓbat.qꝛ ſe hꝫ nūc
T.c.32. eodē mō ſicut ꝛ ꝑus:ꝛ hoc eſt quieſcere:vt habet ex.6.hui⁹.ꝛ ꝓbat ↄña.qꝛ ↄtraria nata ſunt fieri circa ideꝫ:vt pꝫ in ꝑdicamentis:ſi igit motus ꝛ quies eſſent cōtraria:tunc omne qḋ quieſcit aliquando moueret.quare ꝛc̄.
T.c.53. ❡Oppoſitum vult Ariſto.

**Et intelligendum** ꝙ cōtrarietas vno mō accipit large ꝛ ipꝛopꝛie.ꝓ oppōne īter ꝑuationē ꝛ habitū.Alio mō ꝓpꝛie.ꝓ repugnātia duaꝝ formaꝝ eiuſdē gn̄is ſuccedētiū in eodē ſubō.Pꝛimo mō quies ↄtrariat motui:qꝛ ꝑuatio ↄtrariat habitui hoc mō ↄtrarietatis:ſꝫ quies ē ꝑuatio mot⁹cū ſit negatio motus in ſubo apto nato.q̄re ꝛc̄.
T.c.17. 2°.mō quies non ↄtrariat motui:qꝛ ſicut dicebat vtrūqꝫ ↄtrarioꝝ debꝫ eē aliq̄d poſitiuū:vt ſatis pꝫ ex.io.meta.ſed quies non eſt quid poſitiuum.quare ꝛc̄.

**Ad pꝛimā** rōnem dico ꝙ vnū non eſt ↄtrarium niſi vni eodē modo cōtrarietatis:ꝛ precipue ↄtrarietate ꝓpꝛie ꝛ ꝑfectiſſima:ſꝫ diuerſis modis nihil eſt incōueniēs vnū eſſe ↄtrariū multis:vt vnuꝫ extremū ↄtrariat alteri ↄtrarietate ꝑfecta ꝛ ↄtrariatur medio ↄtrarietate diminuta.Et ſilr motus ↄtrariat motui ↄtrarietate ꝓꝑe dicta:ſed ↄtrariat quieti extenſo nomine ↄ̄rietatis ad oppōneꝫ ꝑuationis ꝛ habit⁹.q̄re ꝛc̄.❡Ad aliā pꝫ ex dictiſ.❡Ad aliā pōt dici ꝙ intellect⁹ ꝓpꝛie non quieſcit.Et cū dicit ꝙ illud quieſcit qḋ eodeꝫ modo ꝛc̄.veꝝ eſt ſi ſit aptū natū moueri:ſꝫ ſi nō ſit aptū natū moueri nō opꝫ:ꝛ ſic eſt in ꝓpoſito:qꝛ intell's habēſ ſciaꝫ aliquā per aliqḋ tēpus bene ſe hꝫ eodē mō ſic ꝑuſ.ſed non ſufficit hoc ad hoc ꝙ quieſcat:ſed requirit ꝙ ſit aptus natus moueri:ꝛ ſic debet intelligi ꝙ illud mobile quieſcit ꝛ eodē mō ſe hꝫ nūc:vt ꝑus.Veꝝ eſt tn̄ ꝙ ꝗuis intell's nō moueat motu coꝛpoꝛali:qui dicit mot⁹ ꝓpꝛie dictus:nihilominus mouetur motu ſpūali qui eſt mutatio īdiuiſibilis ꝛ inſtantanea:ꝛ hoc nullū eſt incōueniēs.vt pꝫ in.3.de aia.caplo illo.videt aūt ſenſibile ex potentia exn̄te ſenſitiuo ꝛc̄.Intell's itaqꝫ nō mouet motu qui T.c.28.
eſt actus imperfectus:in cuius ſubo cū vnū contrarioꝝ acquirit:alteꝝ abijcitur:ſꝫ bene mouetur motu qui eſt actus perfecti ꝛ eſt receptio perfectionis ſine abiectione contrarij pꝛeſentis ꝛc̄. Queſtio. XII.

Onſequēter queri pōt.Vtꝝ quies que eſt in termino ad quē ſit ꝑfectio mot⁹.❡Argui-
c tur ꝑmo ꝙ nō.qꝛ ꝑuatio mot⁹nō eſt ei⁹ꝑfectio:hec ē manifeſta:ſꝫ quies in termino ad quē eſt ꝑuatio mot⁹.q̄re ꝛc̄.❡Itē illud nō eſt ꝑfectio motus quo adueniēte ceſſat motus:hec videtur manifeſta:qꝛ nihil deficit adueniente ſua ꝑfectione:imo tunc hꝫ eſſe perfectū:ſꝫ adueniente quiete in termino ad quē ceſſat motus:vt manifeſtū eſt q̄re ꝛc̄.❡Iteꝫ qḋ eſt perfectio mobilis nō eſt ꝑfectio mot⁹ cuꝫ diuerſarū nō ſit vna perfectio.Sed quies in termino ad quē ē perfectio mobilis:aliter eniꝫ non denominaretur quieſcens a quiete in termino ad quem.quare ꝛc̄.
❡Oppoſitū arguit aucte Ariſt.ꝛ arguit rōne.Illḋ quo
T.c.54 adepto motus eſt ꝑfectus videt eſſe ꝑfectio motus:hec videt manifeſta:ſed adepta quiete que eſt in termino ad quē motus eſt completus ꝛ perfectus.quare ꝛc̄.

**Ad euidentiā** qōnis eſt itelligēdū bꝛeuiter:ꝙ ſic dcm̄ fuit ꝑus aucte Cōmētatoꝛis motus pōt ↄſiderari duplr.Vno mō ꝗtū ad ſuā māꝫ:ꝛ ſic eſt de genere eius ad qḋ tēdit motus.ſ.foꝛma impꝑfecta tendēs ad cōplemētū.Alio mō pōt accipi motus ꝗtū ad ſuā foꝛmā:ꝛ ſic eſt tranſmutatio ↄiuncta cū tēpoꝛe.i.cū fluxu cōtinuo.❡Vlteri⁹accipiēdū eſt ꝙ quies in termino ad quē pōt cōſiderari duplr.Vno° ꝑt accipi pꝛo illo eſſe qḋ dat mobili a foꝛma ad quā ē motus ꝓut illud eē durat per aliqḋ tꝑs.Alio mō per quietē in termino ad quē ꝑt itelligi negatio fluxus ꝑcedētis in ipo mobili:cū eniꝫ terminat⁹ eſt mot⁹ ↄſtat ꝙ ampli⁹ mobile nō fluit cōtinue ad vlterioꝛē partē illius foꝛme.

**Tunc pōt** dici ad qōnem ꝙ ſi accipiat mot⁹ ꝑ foꝛma impꝑfecta que fluit ad cōplemētū:ꝛ ſumat quies ꝑmo mō.ſ.pꝛo illo eē qḋ dat mobili a foꝛma terminātē motus:ꝓut illud eē durat per aliqḋ tꝑs:ſic quies eſt perfectio mot⁹:qꝛ illud ad qḋ aliq̄d nālr oꝛdinat vt in ſuū finē vr̄ eē ꝑfectio ipſi⁹aliq̊ mō:hͦ ē euidēs:ſꝫ mot⁹q̄ ē foꝛma dimīuta tēdēs ad ꝑfectōeꝫ oꝛdinat ad hmōi q̄etē.ſ.ad eē qḋ dat mobili ꝑ foꝛmā terminātē motū.Ad hͦ.n.finalr aliq̄d calefit vt ſit calꝫ per aliqḋ tꝑs:ꝛ hͦ ē q̄eſcere ſub calītate.ſ.eē calꝫ ꝑ aliqḋ tꝑſ:ꝛ dico ꝑ aliqḋ tꝑs:qꝛ ſi aliq̄d ſolū eēt calꝫ in iſtāti nō eēt q̄es.Imaginabimur g̊ ſic.ꝙ cū aliq̄d calefit ꝑus recipit aliquā calītatē diminutā ꝛ ipꝑfectā q̄ oꝛdinat ad hͦ ꝙ recipiat calītatē ꝑfectā:ſic diſpō oꝛdiat ad ↄplemn̄tū ꝛ ad hͦ ꝙ ipꝫ calefactibile exiſtat calꝫ ꝑ aliqḋ tꝑs:ꝛ hͦ ē q̄eſcere ſub calītate:ſilr aūt ꝛ in alijs.g̊ ꝛc̄.2° dico ꝙ ſi accipiatur mot⁹ 2° mō.ſ.ꝓ trāſmutatiōe ↄiūcta cū tꝑe.i.cū fluxu ↄtinuo:ꝛ ſumat 2° mō quies.ſ.ꝓ negatione talis fluxus:ſic q̄es nō eſt ꝑfectio mot⁹.Et hͦ facile ē videre:qꝛ vnū oppoſitoꝝ nō ē ꝑfectio alteri⁹.hec videt māifeſta:ſꝫ negatio ſeu defect⁹flux⁹ꝑcedētis opponit ipſi fluxui:vel ꝑuatiue vel contradictoꝛie.q̄re ꝛc̄.3° mō pōt dici ꝙ quies ꝑmo mō dicta nō eſt ꝓpꝛie ꝑfectio mot⁹ qui ē fluxus foꝛme:qꝛ iſta q̄ete adueniēte ceſſat fluxus:cū.n.mobile exiſtit actu per aliqḋ tꝑs ſub aliq̄ foꝛma terminātē motū tūc ampli⁹nō fluit:ꝛ ſic tale exiſtere nō ē ꝑfectio illi⁹flux⁹:nihil.n.deſinit eē adueniēte ſua ꝑfectōe:ſic ēt tā

gebatur arguendo. 4° pōt dici ꝙ quies 2° modo dicta .ſ. que eſt negatio fluxus precedentis terminū motus nō eſt per ſe ⁊ ꝓpe perfectio motus qui eſt forma fluens: q2 omnis perfectio ꝓprie dicta .ſ. eſt aliquid poſitiuū .ſ. actꝰ ⁊ forma: ſ3 hmōi quies nō ē quid poſitiuū per ſe. q̄re ⁊c̄. poteſt tn̄ eſſe perfectio ipſiꝰ motꝰ quodāmodo per accidens inq̄tum eſt coniuncta cu3 ipſo eſſe forme in mobili. Ex dictis aūt pōt haberi vna ratio ſatis bona ad probandū: ꝙ pars forme precedens terminu3 motus nō eſt corrupta adueniente termino motꝰ: nihil eni3 eſt corruptum adueniente ſua perfectione: cū igitur quies in termino ad quē ſit perfectio motus qui eſt forma fluens: videtur ꝙ hmōi forma non debet eſſe corrupta: adueniēte termino motus ⁊ quiete in ipſo termino.

**Ad primas** duas rōnes p3 ex dictis ꝑ diſtōnē poſitā. ¶ Ad 3am dico ꝙ idē poteſt eē ꝑfectio diuerſoꝝ diuerſimode ⁊ nō vnico mō. Dicet ꝰ ꝙ quies in termino ad quē eſt ꝑfectio mobilis tāq̄ ꝑfectibilis ꝑncipalis ⁊ eſt ꝑfectio motꝰ tanq̄ diſpoſitionis ⁊ ꝑparationis ordinate ad hmōi quietē. ¶ Ad hoc eni3 mobile recipit formā imꝑfectā ante terminū motꝰ vt tandē quieſcat ſub forma perfectiori. Et ſic quies diuerſimode eſt perfectio motus ⁊ mobilis: ⁊ hoc nullum eſt inconueniens: ſicut forma ſubſtantialis eſt perfectio māe ꝑme tanq̄ ꝑncipalis ꝑfectibilis: ⁊ eſt ꝑfectio dimēſionum tanq̄ diſpōnū ipſius māe ad formam. q̄re ⁊c̄.

¶ Si igitur predicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia: ⁊ qualitate: ⁊ vbi: ⁊ quando: ⁊ ad aliquid: quantitate: ⁊ facere: ⁊ pati: neceſſe eſt tres eſſe motus quantitatis: ⁊ qualitatis ⁊ ſm locū ⁊c̄.

Textu cōmēti. IX. Queſtio. XIII.

Commentator mouet hic vnā dubitationē. Utrꝝ motꝰ ſit in tribꝰ gn̄ibus .ſ. qualitate q̄titate ⁊ vbi. ¶ Et arguit ꝙ non. q2 illud qō eſt in predicamento paſſionis nō eſt in illis tribus generibꝰ: hec eſt manifeſta: q2 predicamenta ſunt impermixta: vt p3 in ꝑmo poſterioꝝ. Sed motꝰ eſt in genere paſſionis: vt allegat Cōmentator ex predicamentis: ⁊ iſta3 obiectionem mouet etiam in. 3. huius quare ⁊c̄.

Cō.4. ¶ Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſto.

extrinſeco:ſed ſi mediate ab itrinſeco pōt eſſe nālis:ꝛ ſic eſt hic.vt pꝫ ex dictis.¶Ad aliā pꝫ p dicta. cū dicit̄ motus q̄ eſt ꝯ nālē iclinationē.Uerꝫ eſt vt ſic.ꝛ cū dr̄ ꝙ motus animalis ab aīa eſt ꝯ nālē iclinationē mobilis. Dico ꝙ aliq̄ñ eſt ꝯ nālē iclinationē mobilis vt graue eſt:tñ nō ſemꝑ ē ꝯ nālē iclinationē corporis vt diſpoſitū ꝛ appropriatū ſubm̄ aīe motiue ſm̄ locū vt dictū eſt.

¶Et nanqꝫ ipſa a ſeipſis ponere impoſſibile eſt animalis enim hoc eſt ꝛ animatorum propriū.

Textu cōmen.XXIX. Queſtio. XI.

Conſequēter q̄rit̄.Utrꝫ graue iaīatū moueat ſeipm̄: vt lapis aut terra ꝛ hmōi oīa. Et ſilr̄
c itelligit̄ d̄ leui inaīato:vt ignis ꝛ aer.¶Arguit̄ primo ꝙ ſic.q2 illud qd̄ mouet̄ nāliter:a ſeipſo mouet̄.graue inaīatuꝫ mouet̄ nāliter. ergo ꝛc̄.Maior ꝓbat̄.q2 qd̄ mouet̄ nāliter mouet̄ a ꝑncipio intrinſeco:cū nā ſit ꝑncipiū intrinſecū:ꝛ qd̄ mouet̄ a ꝑncipio intrinſeco mouet̄ a ſeipſo.ergo qd̄ mouet̄ naturaliter mouet̄ a ſeipſo.ꝛ per ꝯñs mouet ſeipm̄.Et minor ꝯceditur ab oībus:lapis.n.naturaliter deſcēdit deorſum:ꝛ nāliter oē graue mouetur deorſuꝫ:ꝛ leue ſurſū:
Tex.6. vt pꝫ.4.celi ꝛ mūdi.ꝛ p̄mo metheororꝫ.¶Itē illud qd̄ diuidit̄ in partē mouentē ꝛ partē motā mouet ſeipm̄.vt
Tex.18. pꝫ in iſto.8.Sed graue inaīatū eſt hmōi.diuidit̄.n.i māꝫ ꝛ formā:ꝛ forma eſt mouens ꝛ mā res mota.vt dicit cō
Com.71 mētator in.4.h9.¶Et ſi dicas ad hoc ꝙ mā grauis n̄ pōt eſſe illud qd̄ per ſe mouet̄ deorſuꝫ:q2 qd̄ mouetur dꝫ eſſe ens actu:ꝛ ipſa mā grauis nō dꝫ eſſe ens actu:ꝯ hꝰ ē q2 aial dicit̄ mouere ſeipm̄:eo ꝙ diuidit̄ in corpus ꝛ in aīam:qd̄ eſt pars aīalis diſticta ꝯ aīaꝫ ꝛ nō eſt aliqd̄ enſ diſtictū p̄ter aīam vt cōiter dicit̄.ģ ſilr̄ in ꝓpoſito:q̄uis mā que eſt pars lapidis nō ſit ens actu p̄ter formaꝫ eius ſubalē:poterit tñ eſſe p ſe mota:ſicut aīa eſt p ſe mouēs nō obſtāte ꝙ ipſa ſit actus.Sic forma lapidiſ poterit eē per ſe mouēs vt videt̄.¶Itē lapis deſcēdens deorſum remoto detinente:aut mouet̄ a ſeipſo:aut ab alio.p ſufficientem diuiſionē:nō ab alio:q2 aut mouet̄ a generante: aut a remouēte ꝓhibēſ:aut a medio moto.puta ab aere in quo mouet̄.Nō a gn̄ante:q2 cōtingit ꝙ cū lapis deſcēdit deorſum ꝛ generās qd̄ generauit ipm̄ eſt corruptū:ꝛ tale nō mouet:q2 ſemꝑ exiſtimabit̄ ſpēs aliqua mouens.
Tex.18. 3° hui9.Nec a remouēte ꝓhibens.q2 mouens ꝓpinquū dꝫ ſil' eſſe. cū moto qd̄ mouet̄:nō remouēs ꝓhibēs nō eſt ibi ſimul cū lapide:imo diſtāt abinuicē p aerē mediū vt videt̄ ad ſenſum.Nec eſt dicēdum ꝙ mouet̄ a medio moto:q2 ipm̄ mediū non mouet̄ i tali motu: niſi ab ipſo graui:ita ꝙ graue mouet mediū:mō corp9 nō mouet niſi ꝑus moueat̄.ģ lapis ꝑus nāliter moueret̄ q̄ mediū:ꝛ ſic mot9 medij eſt nāliter poſterior motu lapidis.cā aūt nō eſt nāliter poſterior cāto ſuo.ģ mediū per ſui motū non cauſat motū grauis.relinquit̄ ģ ꝙ mot9 grauis ē ab ipō graui tāq̄ ab īmediato mouēte:ꝛ ſic graue mouet ſeipꝫ.
¶Oppoſituꝫ arguitur auctoritate Ariſto.vult enim hic ꝙ graue inanimatum nō mouet ſeipſum.ꝛ idem dicit cōmentator:ꝛ omnes alij expoſitores fere.

Ad intellectū q̄ōnis ꝯſiderandū eſt ꝙ mot9. vt habetur in 3° hui9.eſt actuſ
Tex.66 Com.31 eius in potētia ꝑꝫ ꝙ hmōi.Et hāc diffōnē inq̄ſiuit Arꝫ. in 3° huius.aliqd̄ aūt eſſe in potētia ad aliquā actionem ꝯtingit dupl'r.vt docet cōmē.in iſto ca°.Uno9 aliqd̄ eſt i potentia ad aliquā actionē:ita ꝙ ille actus nō ſtatim cōſequitur formā aut mām illius ſubiecti:ꝛ remoto quocunqꝫ ipedimēto:vt aq̄ eſt in potētia ad motū ꝛ ad vbi ſurſum:ſic ꝙ vbi ſurſum nō ſtatim ꝯſequit̄ formam aque remoto quocūqꝫ ipedimēto extrinſeco:imo nullo exñte extrinſeco ipedimento poſſibile eſt ipſaꝫ aquā non moueri ſurſuꝫ Silr̄ aūt ꝛ in alijs multis. Et hec potētia vocat̄ ſpāliter potentia eſſentialis ſm̄ cōmentatorē.Alio9 aliqd̄ ſubm̄ eſt in potentia ad aliquē actū:ſic ꝙ lꝫ careat illo actu:tñ iſte actus ſtati ꝯſequit̄ formā illi9 ſubiecti:niſi aliqd̄ extrinſecuꝫ ꝓhibeat:aut niſi aliquod deficiat:ꝛ illa potētia dr̄ accñtalis. Prima qdē potētia dicit̄ eēntialis forte pro tāto:q2 ſubō habenti taleꝫ potentiā deficit actus:ꝛ forma quā ꝯſequitur act9 ad quē ꝯſeqtur illa potentia.vt ipſi aque ꝙ diu eſt aqua deficit ipſi forma quā cōſeqtur motus ſurſuꝫ:dico ꝙ diu eſt aq̄ nō trāſmutata ab aliquo extrinſeco.2a vero potētia dicit̄ accidētalis pro tāto:q2 ſubm̄ hñs illā potentiā nō caret forma i eſſentia ſua quā ſtatim cōſequit̄ talis mot9:ſed priuatur illo actu per aliqd̄ ipedimētū ſibi accidēs.¶Ad ꝓpoſitū ergo ſpālius deſcēdendo poſſum9 dicere ꝙ ad motū grauis qui eſt deſcendere ad vbi deorſum duplex eſt potentia.ſ.potētia eſſentialis ꝛ potentia accidētalis.Potētia quidē eēntialis ad hunc motū eſt illa que eſt in aliquo ſubiecto cui deficit eſſentia quā cōſeqtur ille mot9: vt ignis eſt in potētia eēntiali ad motū deorſuꝫ:q2 caret eſſentia ꝛ forma ꝛ virtute quā cōſeqtur ille motus.ſ.grauitate:imo ēt hꝫ formaꝫ oppoſitā:puta leuitatē:ꝛ eꝯ de terra ꝛ aqua ad motū ſurſuꝫ:ꝛ iſta potētia eſſential' ad motuꝫ ſurſum exiſtit in mā ex qua generat̄ ipm̄ graue.ſ. aere.aut igne aut aliq̄ hmōi corpore leui.Potentia aūt accidētalis ad illū motū eſt q̄ eſt in ſubō hñte actu illā formā ꝛ virtutē quā cōſeqtur talis motus:eſt tñ ꝑuatuꝫ illo motu per aliqd̄ ipedimētū extrinſecū vt lapis ſurſū detentus p colūnaꝫ.Silr̄ in alijs hmōi:ꝛ illa ꝑuatio eſt violenta ipſi lapidi:ꝛ nō ſeqtur eius ꝓpriā nām:vt nām ipſius ignis ꝯſeqtur ꝑuatio motus deorſum ſi nature ꝓprie relinquat̄. Et vt ſit ad vnū dicere:potentia eſſentialis eſt in ſubō qd̄ nō ſolū eſt potētia ad motū:ſed ad aliquā eſſentiā que eſt ꝑncipiū illius motus.Potētia autē accidētalis eſt in ſubto qd̄ nō amplius eſt in potentia ad eſſentiā aliquā requiſitā ad illum motū.Tunc ergo cuꝫ queritur vtrū graue inanimatū moueat ſeipm̄. Reſpondetur ꝙ ipm̄ graue non mouet ſeipm̄ de potētia eēntiali ad actū:imo ipſum generās qd̄ generat graue eſt illud qd̄ agit talē motū ad quē erat potētia eēntialis. Cui9 ꝓbatio eſt hec.Illud qd̄ dat formā alicuius rei dat omnia accidētia per ſe cōſequētia formā illā:hec recipitur pro manifeſta.Illō.n.qd̄ dat formā hominis dat riſibilitatē ꝛ perceptibilitatē diſcipline que cōſequitur formā illaꝫ. Similiter ꝛ in alijs:ſed ipſum generās graue dat formā grauis.hoc eſt manifeſtū:motus aūt grauis deorſuꝫ eſt accidens ſtati cōſequens ipſaꝫ formā grauis niſi aliquid ipediat.igit̄ ipſaꝫ generāſ dat ꝛ efficit talē motū grauis.
¶Et cōfirmatur iſta rō.q2 illud qd̄ reducit potentiam eſſentialē ad actū ad quē eſt illa potētia mouet illud qd̄ eſt in tali potētia.hec eſt manifeſta: ſed generās reducit potentiā eſſentialē ad actū que quidē potentia eſſentialis erat ad motū grauis.Illa enim potētia ꝑexiſtebat in illa materia ex qua generat̄ graue:vt ſi graue generatur ex aere potētia eſſentialis ad motū illum quo mouetur ipm̄ graue ꝑexiſtebat in ipō aere. Silr̄ aūt ꝛ in alijs. Cōſtat auteꝫ ꝙ generās eſt illud qd̄ reducit graue de potentia eſſentiali ad actum.¶Hanc aūt concluſionē concedo cum Ari.ꝛ Cōmētatore:ꝛ cū alijs expoſitorib9 Arꝫ. Sed vtrum ipſuꝫ generās ſit cauſa actiua imediata illi9 motus aut forma ipſius moti vel virtus eius:hoc eſt bene dubium:ꝛ de hoc fiet queſtio ſpālis: cōcedereꝫ igitur ꝙ frigidū cōdenſans facit aquā ex aere:ꝛ illud idem eſt

cauſa agens illum motum quo aqua deſcendit deorſum.
Sed vtrū ſit cauſa agens oīno imediata aut ipſa graui-
tas aque generata. dubiuꝫ eſt: ꝛ inquiret̄ poſt. Si aūt q̄-
ritur de motu grauis in actu ꝓut ad ipſum eſt potētia ac
cidētalis. vbi gr̄a. Cū lapis eſt ſurſum ꝛ remoto prohi-
bente deſcendit deorſum. Utꝝ tunc ip̄m graue moueat
ſeip̄m. de hoc eſt magna difficultas ꝛ diuerſitas inter do
ctores. Et dicūt plurimi ꝛ quaſi oēs ꝙ hmōi graue ſm̄
actū exn̄s in potētia accidētali ad vbi deorſuꝫ n̄ mouet
ſeip̄m per ſe: ſed ſolū per accidens: qd̄ ꝓbant. Si moue-
ret ſeip̄m ꝑ ſe: tūc oporteret ꝙ eſſet diuiſibile per ſe: ꝛ in
T.c.28. partē per ſe mouentē ꝛ in ptē per ſe motā: ſm̄ ArꝪ. i iſto
8°. hoc aūt eſt ipoſſibile: ſicut pꝫ in lr̄a. Nā ille ptes aut
eſſent partes quātitatiue ipſius grauis aut partes eſſen-
tiales per ſufficiētē diuiſionē. Nam partes quātitatiue:
qꝛ partes quātitatiue ꝛ ſm̄ qualitatē ſunt vniꝰ diſpōnis
ꝛ virtutis. Uñ nulla eſt ratio: quare vna eſſet mouēs per
ſe: ꝛ alia per ſe mota. Nec parteſ eſſentiales: qꝛ oēs pteſ
eſſentiales ſunt forma ꝛ mā p̄ma: mā aūt p̄ma nō poteſt
eſſe per ſe mota. cū ſit ens in pura potētia ꝛ nullā reſiſtē
tiam hꝫ ad mouēs. Semper eniꝫ dꝫ eſſe reſiſtētia. vt ac-
T.c.71. cipit cōmē. 4. huius. ergo ip̄m graue non mouet ſeip̄m.
per ſe. Tunc arguit̄ vlteriꝰ. cōſtat ꝙ graue in actu ſurſuꝫ
exiſtens remoto detinēte mouet̄ deorſum: aut ergo mo-
uetur a generāte: aut a remouēte ꝓhibēs. nō a remouē-
te ꝓhibens: qꝛ cōtingit ꝙ dum lapis deſcendit deorſum
ip̄m generās qd̄ generauit lapidē eſt corruptū: ꝛ ſic non
mouet. Et ſilr̄ illud qd̄ remouit prohibēs pōt eſſe corru
ptum dū lapis mouet̄ deorſum. ꝫ nullū iſtoꝝ mouet ipꝫ
graue. quare relinquitur ꝙ ipſūmet mouet ſeipꝫ: nō ꝑ ſe:
vt ꝓbatū eſt. ergo per accidēs. Et ſi quis cōcederet eis
ꝙ ipꝫ mediuꝫ eſt illud qd̄ mouet graue: tunc haberēt in-
tentū: qꝛ ip̄m mediū nō mouet graue. niſi qꝛ p̄us mouet̄
a graui. ꝛ ſic iterū graue mouet ſeip̄m per accidēs. Mo
dus aūt ſm̄ quē contingit eſt iſte. ipꝫ graue remoto deti-
nente mouet mediū: puta ip̄m aereꝫ aut aquā a qua con
tinet̄. ꝛ ideo neceſſario ip̄m graue mouet̄ moto medio.
Et exēplificāt ſm̄ cōmētatorē in 4° celi ꝛ mūdi. homo
exn̄s in naui ꝛ mouēs ipſaꝫ nauē mouet ſeip̄m: ꝛ hoc ꝑ
accidens. ſic in ꝓpoſito ſuo modo. ꝛ dicūt iſtā eſſe inten
tionē ArꝪ. ꝛ cōmētatoris in iſto. 8. ꝛ. 3. ꝛ. 4. celi ꝛ mūdi.
¶ Et ſi dicat̄ iſtis ꝙ cauſa per accn̄s reducit̄ ad cāꝫ per
T.c.66. ſe. vt ſatis pꝫ ex 2° huiꝰ. ſi ergo ipſuꝫ graue facit ꝛ cauſat
ſuuꝫ motū per accidēs. opꝫ hmōi motus eſſe cāꝫ aliquā
per ſe ꝛ remanet queſtio de iſta cā que ſit. Et ipſi poſſent
reſpōdere ꝙ cā per accidēs reduci ad cām per ſe: pōt in
telligi duplr̄. Uno mō ꝙ illa cā per ſe ſit per ſe cauſa illiꝰ
eiuſdē effectus. Cuiꝰ cā eſt illa cā per accidēs: ꝛ hoc nō
eſt verꝫ: fortuna enim ꝛ caſus ſunt cauſe per accidens. vt
T.c.52. patuit in. 2. huius. ꝛ nō reducunt̄ ad cauſas per ſe q̄ ſint
cauſe per ſe illoꝝ effectuū: q̄ ſūt a caſu ꝛ a fortuna. Alio
mō nō pōt intelligi ꝙ cauſa que eſt cā per accidenſ redu
citur ad cām per ſe que eſt cā illius effectus vel alicuius
alterius effectus quē cōcomitat̄ effectꝰ illiꝰ cauſe per ac
cidens. ꝛ hoc eſt verꝫ. Modo ip̄m graue qd̄ eſt cā per ac
cidens ſui motus bn̄ reducit̄ ad cām per ſe que eſt cau-
ſa alicuiuſ alteriꝰ effectꝰ. ip̄m enim graue eſt per ſe cā mo
tus medij ꝛ ip̄m motum medij conſequit̄ motus grauiſ.
Et poſſet obijci ꝛ forte inſolubiliter: qm̄ lꝫ cā per accn̄s
q̄ eſt caſus aut fortuna nō reducatur ad aliquā cām per
ſe illius effectus: tn̄ alia cauſa accidētalis alicuiꝰ effectꝰ
per ſe reduceret̄ in aliquā cām ꝑ ſe: huiꝰ aūt fides eſt ex
inductione. Aperiens. n. feneſtrā que eſt cauſa per accn̄ſ
illuminationis reducit̄ ad cām per ſe agentem lumen. ſ.
ad corpꝰ luminoſum. ſilr̄ ſi muſicus edificat per accidēs
reducit̄ nec̄io ad edificationē que eſt per ſe cā agens ꝛc̄.
Et dicunt vlterius. qꝛ cum hꝫ ꝙ ipſum graue ſit in poten
tia accidentali ſolum ad talē motū: nullo modo indiget
mouente qd̄ per ſe ſit cauſa ipſius motꝰ. Sed ſufficit mo
tor vel cauſa per accidens modo p̄dicto. Dicūt ergo iſti
ꝙ graue actu per ſe mouet mediuꝫ: medium auteꝫ motū
mouet ipſum graue: nō quidem per ſe: ſed per accidens:
ſi enim medium ꝑ ſui motum per ſe moueret graue cum
ipſum graue ſit cauſa per ſe motus: mouet enim mediuꝫ
eſſentialiter per cōmētatorem in. 2. celi ꝛ mundi. ſequit̄
neceſſario ꝙ graue moueret ſeipſum deorſum per ſe: qꝛ
quicquid eſt cauſa cauſe per ſe eſt cauſa cauſati: tunc igit̄
ip̄m graue cū ſit per ſe cauſa motus aeris. Si motꝰ aeris
eſt per ſe cauſa motꝰ grauis: nec̄e eſt ꝙ ip̄m graue ſit per
ſe cauſa ſui motus: ꝙ iſti habēt pro ipoſſibili. nullā ergo
cauſam per ſe motus grauis in actu dicūt eſſe querēdaꝫ
eo ꝙ ſit ſolū in potentia accidentali ad talē motū. Sed
iſtud mihi multum videt̄ difficile: qꝛ omnis effectus per
ſe intentus ab aliquo ꝛ per ſe receptus in aliqua poten-
tia ꝑ ſe ordinata ad ipſum indiget aliquo agēte ꝑ ſe. Sꝫ
deſcenſus grauis in actu ad vbi deorſum eſt quidā effe-
ctus per ſe intentus a natura ipſius grauis. hoc videtur
manifeſtū. Et ꝓbat̄. qꝛ cōſtat ꝙ ipſum graue actu exn̄s
ſurſum nāliter mouet̄ ꝛ appetit ꝛ intendit vbi deorſum
cum ſit eius perfectio ꝛ cōplemētū ſm̄ ArꝪ. in iſto capꝰ. T.c.32.
vbi dicit ꝙ graui eē eſt alicubi eſſe ꝛ ſurſum: cum aūt nō
poſſit fieri in vbi deorſum ſine deſcenſu: vt manifeſtum
eſt: opꝫ ꝙ per ſe intēdat ꝛ appetat naturaliter deſcēdere
deorſum. Deſcenſus itaq; grauis in actu eſt quidaꝫ effe-
ctus per ſe intentio ab aliqua natura: ꝛ cuꝫ hoc recipit̄
aliqua potētia per ſe. i. per ſui eēntiā ordinatā ad ipꝫ: qꝛ
certū eſt ꝙ ipſum graue actu hꝫ potentiam receptiuam
illius motus. aliter enim reciperetur impoſſibile recipi:
ꝛ cum illa potentia nō ordinetur ad receptionem illius
motus per aliquod aliud: relinquitur ꝙ per ſe ordinat̄
ad illius receptionē. Quare auteꝫ dicitur potentia acci
dētalis dictū eſt prius ꝛ videbitur poſt. ergo ille motus
indiget agente per ſe. Detur enim ꝙ non dependeat ab
aliquo per ſe agente: nō eſſet per ſe intentus. Si dicatur
ꝙ ſit per ſe intentuꝫ ab ipſo graui per ſuam potētiā re-
ceptiuam ꝛ aptitudinem naturalem: tunc cuꝫ omni ꝑ ſe
potētie receptiue correſpōdeat actiua: opꝫ ei aſſignare
aliquā potētiā actiuam. ergo motus grauis in actu indi
get agente per ſe: cuius oppoſitū dicebat̄ ab iſtis. ¶ Itē
quando aliqua ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: ſi vnuꝫ
illorum neceſſario indiget agente per ſe. ꝛ reliquū. Hāc
recipio pro manifeſta: ſed motus grauis ſi mouetur de
potentia eſſentiali ad actum: ꝛ motus eius cum mouet̄
de potentia accidētali ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime
cum ſint ad vnum vbi ſecūdū ſpeciem: ꝛ motus grauis d̄
potentia eſſentiali indiget mouente per ſe vt cōceditur.
ergo ꝛ alius. ¶ Item omnis effectus qui non eſt caſua
lis ꝛ fortuitus eſt per ſe intentus ab aliquo. Hec videt̄
manifeſta ex 2° phyſicorum. Sed deſcenſus grauis in T c.48
actu nō ē caſualis nec fortuitus vt omnes concedunt.
immo eſt naturalis. ergo per ſe eſt intentus. ꝛ per conſe
quens indiget agente per ſe. ¶ Item fortius: omnis mo
tus qui eſt a natura eſt ab aliquo p̄ncipio ꝑ ſe: ſed omniſ
motus naturalis eſt a natura. ergo ꝛc̄. maior eſt manife T.c.3.
ſta. qꝛ natura eſt per ſe p̄ncipiū ꝛ cauſa. vt patet in 2° hꝰ.
ergo omnis motus qui eſt a natura ē ab aliquo p̄ncipio
per ſe. minor etiaꝫ patet. Nā eodē modo motus natura
lis quidem eſt a natura. ergo ſequit̄ cōcluſio. ſ. ꝙ omnis
motus naturalis eſt ab aliquo per ſe principio. Sed de-
ſcenſus grauis in actu eſt motus naturalis: vt omnes

ꝯcedunt.ergo ꝛc̄.Iſte deſcenſus eſt ab aliquo per ſe pͥn-
cipio.aut ꝗ̄ a pͥncipio ꝑ ſe actiuo aut paſſiuo:aut vtro-
ꝗ̄.Si pͥmo ꝛ.3.modo habeo ꝓpoſitū.ſi.2.modo adhuc
habeo ꝓpoſitū.Nā pͥncipio per ſe paſſiuo corr̄ndet ac-
tiuū pͥncipiū per ſe ꝛ ecōuerſo:vt oēs confitent̄:ꝛ habe
T.c.17. tur in.5.metaph.capͦ de poteſtate. Si ergo deſcenſus
grauis ſm actū idiget pͥncipio per ſe paſſiuo ſeu recepti
uo:neceſſario ꝛ idiget pͥncipio per ſe actiuo.ꝛ hoc ē qd̄
volumus.Et hanc rōnem reputo demonſtratiuā.nō eſt
ergo bn̄ dictū ꝙ graue in actu indigeat ſolū agente mo
tū eiꝰ per accn̄s ꝛ nullo modo per ſe. ¶Alij aūt dicūt
aliter ꝛ ponunt ꝙ ipſuꝫ graue in actu quādo eſt in potē
tia accn̄tali ad motū deorſuꝫ nō habet in ſe aliquā vir-
tutem actiuā ſui motus:ſed virtus actiua huius motus
grauis deorſuꝫ eſt v̄tus ipſius loci nālis grauis.ſ.loci de
orſuꝫ.Pͥmū ꝓbant:qꝛ nihil agit in illud qd̄ eſt indiſtin
ctū ab eo ſm ſubāꝫ.hanc habēt pro vera.Sꝫ hoc ꝯtin-
geret ſi ipſuꝫ graue ageret ſuū motū deorſuꝫ per aliquā
virtutē exn̄tem in eo.Nam illa virtus agenſ non poſſet
eſſe in vna parte ipſiꝰ grauis determinata ꝛ alia ab illa
parte in qua recipit̄ motus ille:eo ꝙ oēs partes ꝙ̄titati
ue ipſius grauis:ſunt eiuſdē rōnis ꝛ nature:vnde nō eſt
ratio:quare vna pars habeat virtutē actiuā ſui motꝰ:ꝛ
alia pars habeat v̄tutē receptiuaꝫ.ꝛ ſic relinquit̄ ꝙ illa
virtus agens motū grauiſ ageret ipm̄ in illa eadē parte
grauis in qua eſſet vel reciperet:ꝛ ſic agens nō eēt diſtin
ctū a ſubo ꝛ recipiente:qd̄ eſt incōueniens.2m etiā ꝓbat̄
per hoc qꝛ motus grauis quāto ꝓpinquior eſt centro tā
to fortior eſt ꝛ velocior:qd̄ nō videt̄ ꝯtingere ꝓpter ma
iorē grauitatē:ſed ſolū ex virtute loci cui ꝓpinquius ſit
ipſuꝫ graue. Sic igit̄ ipſuꝫ graue non mouet ſeipſuꝫ nec
eſt de numero eoꝝ que mouent̄ ab intrinſeco:ſed ab ex-
trinſeco.ſ.a virtute loci nālis.ꝛ dicunt ꝙ ille motuſ col-
locatur ſub illo motu ab extrinſeco qui vocat̄ tractꝰ:de
T.c.10. quo loquitur Ariſto.in.7.huius.ita ꝙ virtutes ipſiꝰ lo-
ci naturalis ipſiꝰ grauis trahūt graue ad ſe ꝛ facit ipſuꝫ
deſcendere deorſuꝫ.ipſum autem graue ſic motum ꝛ at-
tractū mouet mediuꝫ in quo eſt diuidendo ipſum:ꝛ pro
tanto dicitur mouere ſeipſum:vt dicunt.ſ.quia mouen-
do aliud per ſe mouet ſe per accidens. Et hanc ſententiā
attribuunt Ariſt.ꝛ Cōmentatori. ¶Alijs vero nō pla
cet iſta via:imo ipſam dicunt eſſe contra philoſophuꝫ ꝛ
Cōmentatorem in multis locis.Contra Ariſt.pro tan-
T.c.29. to quia vbi ipſe inquiſiuit ex intentione cauſam motus
talis.ſ.in iſto.8.ꝛ in.4.celi.nunꝙ̄ inuenitur dixiſſe iſtam
cauſam.ſ.virtuteꝫ naturalē ipſius loci naturalis:vt ma
T.c.30. nifeſtum eſt conſideranti per totum. Item Ariſto.in.4.
celi ꝛ mūdi.aſſignat differētia īter grauia ꝛ leuia:ꝛ alia
quedam mobilia.ſicut ſanabile ꝛ augmētabile:quia hu-
iuſmodi.ſ.graue ꝛ leue videntur habere in ſeipſis princi
pium tranſmutationis.hec autem nō:ſed ab extra ꝛ nō
eſt intelligendum principium paſſiuum ſolū:quia in hoc
non differunt grauia ꝛ leuia ab alijs. ¶Itē ſi virtus na
turalis loci eſſet cā effectiua motꝰ grauis ſequitur ſi po-
nerentur plures mundi ꝙ graue ſm naturam ſuam ha-
beret tantam conuenientiam cum medio alterius mun-
di:ſicut cuꝫ medio huius mundi.ex hoc non ſequitur ꝙ
graue equaliter motum moueretur ad mediuꝫ alterius
mundi:ſicut ad medium huius mundi:imo propter pro
pinquitatem eius ad medium mundi huius : ipſum citiꝰ
mouebitur ad medium huius mundi:ꝙ̄ ad medium al-
terius mundi:quod eſt remotiꝰ ab eo.virtus enim que-
cunqꝫ tractiua ꝛ actiua naturali actione ceteris paribꝰ
efficacius agit in propinquum ꝙ̄ in remotum.ꝛ hoc etiā
concedunt iſti:vt patet in ſua ratione ſecunde ꝯcluſio-
nis pͥus poſite:ipſum ergo graue nō equaliter moueret̄
ad mediū alterius mundi:ſicut ad medium huius mun-
di:qd̄ eſt contra Ariſt.ibidem aperte.ꝛ contra Cōmen
tatorem qui volunt ꝙ ꝓpinquitas aut remotio nihil fa
cit ad hoc ꝙ graue moueat̄ ad mediū huiꝰ mūdi vel al-
terius.Sꝫ diuerſitaſ motuū iſtoꝝ nō eſt niſi per diuerſi-
tatē ſuaꝝ formaꝝ ſubalium. ¶Item mouēs ꝓpinquū
debet eſſe ſil̄ cū moto ꝛ ecōuerſo:vt pꝫ.7.huiꝰ.ꝛ qm̄ vir T.cō.il.
tus nālis loci deorſuꝫ non apparet ſimul cū graui exiſtē
te in loco ſurſum.ergo ꝛc̄.forte dicet̄ ad iſtud ꝛ ad pſenſ
ꝙ ſi eſſet aliꝰ mūdus graue illius mūdi nō moueret̄ actu
ad mediū huius mundi ꝓpter elongationē motoꝝ:nec
iſtud intēdit Ariſto.ſed intēdit ꝙ graue illius mūdi eēt
natū moueri ad mediū huiꝰ mūdi:ꝛ hoc bene ſequeret̄
cū eſſe eiuſdē rōnis cū graui huius mundi:hoc aūt eſſet
irrōnabile ꝙ graue illius mundi eſſet natuꝫ nāliter mo-
ueri ad mediū iſtius mundi:qꝛ ſic ſequeret̄ ꝙ eſſet natuꝫ
nāliter moueri ad circūferentiā ſui mundi:cū nō poſſet
ꝑuenire ad hꝰ mūdi niſi ꝑtrāſeundo circūferētiā ſui mū-
di:qd̄ aūt nāliter eſt mobile ad aliqueꝫ terminū eſt nāli-
ter mobile ad mediū ſine quo nō pōt ꝑuenire ad termi-
nū cū mediū ſit illud in quo pͥus tranſmutās trāſmutat
ꝙ̄ extremū. Et eſt conſiderandū qd̄ iſti dicunt ꝛ multuꝫ
ſubtiliter:ꝙ ſi v̄tus loci trahēs graue eēt cā motus eiꝰ:
tūc demōſtratio Arꝫ.hic.ꝛ in pͥmo celi.nullam haberet
efficaciā.Nā dato ꝙ hmōi v̄tus tractiua eēt in loco ter
re:illa virtus determinata eſſet ꝛ finita ꝛ ad determina
tam diſtantiā poſſet mouere ꝛ non vltra.ſ.ad concauū
orbis lune:qd̄ maxime eſt locꝰ ſurſuꝫ ꝛ diſtās ab eo ma-
xime accedendo ad motū grauiuꝫ ꝛ leuium vel ad vlti-
mam circūferentiā huius mundi:dato igit̄ ꝙ eſſet alius
mundus nulla cā eſſet ꝙ graue huius mūdi moueret̄ ni
ſi ad mediū huius mūdi:qꝛ virtus tractiua in loco terre
alteriꝰ mūdi in nullo poſſet attingere ad graue huiꝰ mū-
di:cū ſit iſta v̄tus limitata his qui ad determinatā diſtā-
tiā mouet̄ ꝛ nō vltra:tūc nō poſſet terrā huiꝰ mūdi illuc
trahere.Sꝫ ſupponēdo ꝙ graue mouet̄ ad mediū rōne
ſue forme itrinſece.ſic rō Arꝫ.eſt demōſtratiua oino:qꝛ
rōne illius forme tantā cōuenietiā hr̄et in nā cuꝫ medio
alterius mūdi:ꝙ ſm phꝫ ponit̄ eē eiuſdē ſpēi cū medio
huiꝰ mūdi:ſic hꝫ cū medio iſtius mundi. Sequit̄ necio:
ſi plures eſſent mūdi eiuſdē ſpēi ꝛ graue aliqd̄ huiꝰ mū-
di eſſet extra centrū magis faceret ſe v̄tus mediū huius
mūdi ꝙ̄ alteriuſ. Ex quo pōt euidēter ꝯcludi ꝙ Ariſto.
ſuppōit graue ꝛ leue moueri a ſuis formis ſubalibꝰ acti
ue. ¶Itē arguit̄ auctibꝰ Cōmētatoris:pͥmo auctorita
te eiꝰ in.7.huius.capͦ illo.qm̄ auteꝫ motus.vbi dicit.ꝙ
cū attrahēs nō mouet̄ cū attracto nō ē attractio in rei T.c.10.
veritate:de qua loquit̄ phs ibidē:ſed equiuoce.cū ergo
ſm iſtos motꝰ grauis eſt a virtute nāli ipſius loci attra-
hente ipm̄:ꝙ attrahenſ nō mouet̄ cū attracto.ſ.ipo gra
uius.ſequit̄ ꝙ motꝰ grauis nō eſt motus tractus de quo
loquit̄ ibi phs. Et cōſtat ꝙ motus grauis non contine-
tur ſub aliqua ſpecie motus ibi enumerata.ſ.pulſuꝫ ver-
tiginem aut vectionem ꝛ nō plures ſunt ſpēs motus eo
rū que mouent̄ ab alio:ſequit̄ ꝙ graue non eſt de nūero
eoꝝ que mouent̄ ab alio. Omne aūt qd̄ mouet̄ aut mo-
uet̄ ex ſe aut ab alio:vt ibidē habet̄:ꝗ̄ relinquit̄ ꝙ gra-
ue mouet̄ a ſe:ꝛ hec ſūt verba Cōmētatoris.Attractio
in qua attrahens eſt quieſcēs ꝛ attractū nō eſt motū nō
eſt attractio in rei v̄itate:ꝛ parū poſt oſtēdit ꝙ iſte mo-
dus motionū ſi dicat̄ attractio nō intēdebat̄ ab Ariſt.
in hoc nomine attractio:cum collocet̄ in eis que mouē
tur ex ſe:ꝛ nō debet itelligi ꝙ mouet̄ ex ſe ſolū paſſiue:
quoniaꝫ qd̄cunqꝫ motuꝫ paſſiue mouet̄ ab aliquo prin-

cipio intrinſeco.ergo intelligit ꝙ ille motus continetur ſub illis que mouent̄ ex ſe actiue. ¶Item Cōmentator
Cō.21. in.4.celi.dicit ꝙ in corporibus ſimplicibus ideꝫ eſt mouens ⁊ motū:⁊ differūt ſolū ſꝫ modū. Et dicit etiā ꝙ lapis mouet ſe inꝙtum actu grauis:cū igit̄ ſit actu grauis per eius formā intrinſecā:⁊ nō per motū aliquē aut tractū ab alio receptū neq̄ per vtutē loci:ſequit̄ ꝙ mouet ſe per ſuā formā. ¶Item dicit ibi ꝙ forma eius mouet inꝙtum eſt forma:ſed manifeſtū eſt ꝙ forma grauis nō eſt aliquis motus vel tractus recept⁹ ab aliquo neq̄ virtus nālis ſui loci. ¶Itē in eodē cōmēto paulopoſt dic ꝙ ille motuſ.ſ.lapidis deorſuꝫ nō eſt motus pmus:neq̄ eentialis a motore extrinſeco:ſꝫ a forma moti:ſꝫ forma ipſius moti.ſ.lapidis nō eſt tractus aliquis. ¶Item per exēplū Cōmētatoris manifeſtū eſt hanc fuiſſe eius intētionē.ſ.ꝙ graue per ſuā virtutē mouet ſeipſꝫ. Exemplificat enīꝫ de hoīe mouēte nauē:⁊ per hoc mouēte ſe. Cōſtat aūt ꝙ hō in naui exns mouet nauē per ſuā virtuteꝫ actiuā ⁊ non ſolū p aliquē motū receptū ab alio. Si.n. homo exns in naui moueret naueꝫ p hoc ꝙ aliqs extra naueꝫ traheret ipm hoīem:ad cuius tractū ſequit̄ mot⁹ nauis:nullus deberet dicere ꝙ hō ille exns in naui eſſentialiter moueret nauē:ſꝫ alius ſup terrā trahēs ipꝫ eſſentialiter moueret nauem. Si igit̄ iſtud exemplū Cōmentatoris declarat ſuū ꝓpoſitū opꝫ ꝙ graue per ſuā vtutē actiuā mouet mediū. ¶Itē hoc pꝫ ex alio dicto Cōmētatoris:dicit enim ꝙ homo nō mouet ſe accn̄talr̄:niſi qꝛ mouet nauē eſſentialr̄.ergo cū graue moueat ſe accn̄taliter ſꝫ Cōmentatorē neceſſe eſt ꝙ moueat aerē eſſentialiter:ſꝫ nō moueret aerē eſſentialr̄:ſi ſolū moueret ipſuꝫ per motū quēdā ab alio receptū:ſic nec baculus mouet lapidem eentialr̄:ſꝫ per accns.ſ.per motū ipſius manus .ſ.per motuꝫ ab hoīe receptū. ¶Item vna expreſſa au
Cō.24. ctoritas Cōmētatoris eſt in.4.celi ⁊ mūdi.vbi dicit.ꝙ quedā habent pncipiū tranſmutationiſ qd̄ mouet ea nō ab extrinſeco vt graue ⁊ leue.⁊ quedā habent pn^m trāſmutationis ab extrinſeco nō ab itrinſeco:vt ſanabile.i. trāſmutabile ad ſanitatē:⁊ certū eſt ꝙ ipſe loquit̄ de pncipio actiuo:quoniā ſanabile hꝫ pncipiū paſſiuū itrinſecū ſicut ⁊ graue. Ex oībus his auctoritatibus manifeſtū eſt ꝙ ꝯtra Cōmentatorē eſt graue ſꝫ actū moueri a vtute nāli loci:ita ꝙ nō hēat in ſe pncipiū aliud actiuum ſui motus. ¶Ad rōneꝫ iſtoꝝ cū dicunt ꝙ nihil agit in illō qd̄ indiſtinctū eſt ab ipſo ſm ſubꝫ:iſtam negat Cōmētator in multis locis in.4.celi ⁊ mūdi.vbi Cōmētator loquens de motu grauiū ⁊ leuiuꝫ vult ꝙ in eis mouens ⁊ motū ſint ideꝫ ſm potētiā vel ſm ſpēm:vt hꝫ alia littera:⁊ etiā ſꝫ modū. Et in.3.dicit ꝙ licet in lapide motor
Cō.30. ſit idē cū moto:tn̄ non eodē modo manet. Item dicit ꝙ forma grauis mouet ipm inꝙtum eſt forma ⁊ mouet̄ inꝙtum eſt in mā. Et conſtat ꝙ ibi mouēs ⁊ motū nō ſunt diſtincta a ſeipſo loco ⁊ ſubiecto.⁊ ſic in multiſ alijs. Itē poſſet inſtari per multas alias auctoritates:ſed pertrāſeo:qꝛ hec ſufficiūt ꝙtum ad hoc. ¶Ad rōnem ſcōe cōcluſionis iſtoꝝ cū ipſi dicūt ꝙ cauſa maioris velocitatis motus grauis ꝓpe centrū ꝙ lōgius non eſt niſi virtutis loci cui ꝓpinquius eſt ipm graue:iſta pōt negari:quoniā ſi ſic eſſet ſequit̄ ꝙ motus duoꝛuꝫ corpoꝝ eiuſdem leuitatis:quoꝝ vnū incepit deſcendere a ſphera ignis ⁊ aliud iuxta terrā eſſent equalis velocitatis per equale ſpatiuꝫ in fine motus:cuius contrarium eſt manifeſtum. Et ſi diceretur ꝙ multitudo partiū aeris inſequentiuꝫ motuꝫ corpus ab altiori loco:ſit cauſa maioris velocitatiſ: tūc virtus loci vel ꝓpinquitas ad eum non eſt eius cauſa:⁊ ſic recederet̄ a priori dicto. Si autē queritur que ſit eius cauſa cuꝫ ꝓpinquitas loci non ſit eius cauſa. Forte dicendū ſm aliquos ꝙ hoc contingit propter ſciſſuram plurium partium aeris inſequentiuꝫ in fine ꝙ prius. Ex hoc enim vt dicunt ipſum graue acquirit quandam velocitatem accidentalem maiorem ꝙ prius.

His viſis reſtat dicere ad qōneꝫ ꝓpoſitā quādo querit̄ vtꝝ graue iānimatū moueat ſeipſum de potētia accn̄tali ad actū. Et credo ꝙ probabiliter poſſet dici ꝙ hmōi graue eſt p ſe motiuum ſui ipſi⁹:qd̄ ſic ꝓbo. Omne illud qd̄ habet in ſe per ſui nām potentiā actiuam ſui motus ⁊ potentiaꝫ per ſe receptiuam illius eſt per ſe motiuum ſui ipſius.ſed graue inanimatum actu exiſtens graue eſt hmōi.qre ⁊c. maiorē ꝓpoſitionem accipio pro manifeſta:ſicut enīꝫ illud qd̄ eſt diuiſibile in partem per ſe mouentem ⁊ partē per ſe motam eſt per ſe motiuum ſui ipſius:vt omnes concedunt: ⁊ habet̄ ab Ariſt.in iſto.8.ſic illud qd̄ per ſui nāꝫ habet T.c.27.
per ſe potentiam ſeu virtutem per ſe actiuam ſui motus ⁊ potentiā per ſe receptiuā ei⁹ eſt motiuū per ſe ſui ipſius:nec video cauſaꝫ aliquā diuerſitatis rōnabilē. Et declaro minorem. Cū enim motus ipſius grauis per ſe indigeat aliqua cauſa per ſe actiua ſui mot⁹:vt ꝓbatū eſt ſupius. Quero quid ſit hmōi cā p ſe actiua propinqua. Neceſſe enīꝫ eſt dicere ꝙ iſta cā ſit nālis grauitas ipſius grauis vel vtus loci nālis vel motus ipſi⁹ medij vel virtus generatis:aut remouens ꝓhibens:ſed non pōt eſſe remouens ꝓhibens nec ipſum gn̄ans:qꝛ ꝯtingit vtrūq̄ iſtoruꝫ non eſſe:cum graue actu deſcendit.vel non eſſet imediata ⁊ contigua ipſi graui. Mouenſ autē ꝓpinquū ⁊ imediatū vult ſimul eſſe cum moto:ita ꝙ inter ea non ſit aliqd̄ medium nec plenum nec vacuū:vt demonſtratū eſt in.7.nec virtus loci nālis poteſt eſſe illud pncipiū T.cō.11.
actiuum ꝓpinquum:vt ꝓbatum eſt ſꝰus nec motus medij poteſt eſſe pncipium per ſe actiuum illius motus:qd̄ ꝓbatur multipliciter. Primo qꝛ ipſum graue actu exnſ in potentia accidentali nō indiget motore extrinſeco p ſe vt omnes concedunt:etiaꝫ qui tenent partem oppoſitam. ¶Itē cauſa per ſe nō eſt poſterior nāliter ipſo cauſato:vt manifeſtuꝫ eſt cuilibet intelligenti:⁊ habetur in predicamētis:⁊ in pmo poſterioꝝ. Nunc aūt mot⁹ medij eſt poſterior nāliter:cuꝫ conſequatur motum grauis mouētis ipſum mediū:corpus enīꝫ nō mouet aliud corpus motu locali imediate:niſi ꝓus nāliter moueat̄:ſicut videmus ꝙ celum qd̄ mouet ſpheram ignis ꝓus nāliter mouetur:ſimilr̄ aūt ⁊ vlr in alijs. Quēuis enim poſſibile ſit ꝙ aliqd̄ corp⁹ actu quieſcens a motu locali moueat localiter aliō corpus mediāte aliquo alio corpore alterato ab ipſo:vt magnes trahit ferrū per hoc ꝙ alterat mediū:⁊ mediū alteratum alterat ferrum dando ei aliquā virtutē qua mouet ſe ad magnetem:vt docet Cōmentator in pmo.7.⁊.8.hui⁹. Tamē nō videt̄ poſſibile 7° phy. Cō.10.
aliquod corpus nō motuꝫ ꝓus motu locali mouere immediate aliud corpus localiter:quomō enīꝫ manus moueret baculū motu locali:niſi ꝓus naturaliter moueret̄ manus:⁊ quomodo chorda arcus moueret ſagittā niſi prius chorda moueret̄.ergo ſilr̄ ipſum graue ſm actum non moueret ipſum mediuꝫ localiter:niſi prius naturaliter moueret̄. Motus igitur grauis eſt prior naturaliter motu ipſi⁹ medij:effectus aūt cauſe agētis per ſe nō videtur eſſe prior naturaliter ipſa ſua per ſe cauſa. Iteꝫ cū duo motus ſe concomitanter.quorum vnus eſt naturalis ⁊ alius eſt violentus ⁊ preter naturam. rationabili⁹ videtur ꝙ motus naturalis ſit cauſa violenti:aut nō naturalis ꝙ econuerſo.ſicut mot⁹ celi ⁊ motus ignis cuꝫ ſua ſphera ſe ꝯcomitant̄:⁊ mot⁹ celi qui ē nāliſ eſt cā actiua

motus naturalis ipſius ignis quo pꝛeter naturã pꝛopꝛi-
am mouetur circulariter:vt oſtenditur in ꝑmo metheo.
cũ ergo motus ipſius grauis ſit nãlis ad deoꝛſuꝫ:vt oẽs
confitent̃:ꝛ motus aeris quo mouet̃ deoꝛſuꝫ non ſit nã-
lis ipſi aeri:vt etiã manifeſtũ eſt.rõnabilius videt̃ ꝙ mo
tus grauis ſit cã motus aeris ꝙ̃ ecõuerſo. Relinquit̃ er-
go ꝙ nullũ aliud eſt ꝑncipiũ actiuũ per ſe imediatũ mo-
tus grauis niſi eius grauitas. Cuꝫ ergo per ſui nãm hẽat
grauitatẽ ſequit̃ ꝙ per ſui nãm hꝫ potẽtiã actiuã ſui mo
tus. Qꝫ aũt hꝫ potẽtiã per ſe receptiuã ſui mot⁹.hoc pꝫ:
T.c.17. qꝛ omni potẽtie per ſe actiue coꝛrñdet potẽtia ꝑ ſe paſſi
ua:vt ſatis pꝫ ex.5.metaph.cũ igit̃ ipm̃ graue hẽat vir-
tuteꝫ per ſe actiuã ſui motus opꝫ eſſe potentiaꝫ recepti-
uam per ſe illius. Et cõſtat illã nõ eſſe in alio niſi in ipſo
graui:nihil enim recipit motũ grauis niſi ipſuꝫ graue.er
go graue hꝫ in ſeipſo potentiã per ſe receptiuã ſui mot⁹
ꝛ illã potentiã hꝫ per ſui nãm:per quid enim aliud hr̃et
eã nõ eſt dare ꝛ ſi fingendi detur licẽtia. Et cõfirmat̃:qꝛ
certũ eſt ꝙ graue ſm actũ per ſui nãm hꝫ aptitudinẽ ad
recipiendũ vbi deoꝛſum.ergo per ſui nãm hꝫ potentiaꝫ
ſeu aptitudinẽ ad recipiendũ motuꝫ cuius terminus eſt
vbi deoꝛſuꝫ. Sicut eniꝫ ab eadẽ v̄tute actiua eſt motus
ꝛ termin⁹ motus:vt vult Cõmẽtatoꝛ in.2.celi ꝛ mun.ſic
eadẽ eſt potẽtia receptiua motus ꝛ termini mot⁹.ſic igit̃
manifeſtũ eſt ꝙ graue hꝫ potẽtiã per ſe actiuã mot⁹ ſui ꝛ
potentiã etiã per ſe receptiuam:ꝛ vtrũqꝫ hꝫ per ſuã nãꝫ
q̃re ergo nõ eſſet motiuũ ſui ipſius per ſe. ¶ Itẽ argui-
tur ſic. Omne illud qȯ nãliter eſt motiuũ ſui ipſi⁹ per ſui
nãm eſt motiuũ ſui ipſius:hoc eſt manifeſtũ:ſed ipm̃ gra
ue ſm actũ eſt nãlr̃ motiuũ ſui ipſius vt oẽs ↄcedũt. Cũ
eniꝫ nõ ſit motiuũ ſui ipſi⁹ per violentiã : ꝛ tñ mouet ſe-
ipſuꝫ vt ↄcedit̃. Relinquit̃ ꝙ nãlr̃ eſt motiuuꝫ ſui ipſius.
ergo per ſui nãm eſt ſui ipſi⁹ motiuũ:ſꝫ per ſe ꝛ per ſui na
turã ſunt idẽ.ergo ſequit̃ ↄcluſio ꝑncipalis.ſ.ꝙ actu gra
ue eſt per ſe motiuũ ſui ipſius. Sed ↄſiderandũ ꝙ q̃uis
actu graue ſit per ſe motiuũ ſui ipſius:tñ nõ mouet ſeipꝫ
de poᵃ eẽntiali ad actũ:qꝛ qȯ nõ ẽ in poᵃ eẽntiali ad ac-
tũ nõ mouet ſeipꝫ de poᵃ eẽntiali ad actũ:hꝫ ẽ manifeſtũ.
Sed graue ſm actum exñs in potẽtia accñtali nõ eſt in
potẽtia eẽntiali. Dico eo mõ quo graue in potẽtia eſſen
tiali licet aliquo modo poſſet dici eſſe in potẽtia eẽntia-
li:vt videbit̃ poſt. Contra hanc põnem ſunt dubitatio-
nes nõ pauce. Pꝛimo.n.iſta poſitio videt̃ eſſe ↄtra Ari.
T.c.27. in iſto.8.in illo cap°. Mouentiũ q̃dẽ igit̃ ꝛ eoꝝ que mo
uent̃.vbi dicit aperte ſic. Et nãm ipſam a ſeipſis differre
impoẽ eſt:ꝛ loquit̃ ibi de graui ꝛ leui iaĩato. Uitale eni
hoc ꝛ ꝑpꝛium aiatoꝝ eſt:ꝛ hoc ꝑbat multis rõnib⁹:vt
T.c.31. pꝫ ibidẽ. Item in ſequẽti cap°. Sꝫ accidit ꝛ hic ab aliq̃
moueri:verſus finẽ loquẽs de grauib⁹ ꝛ leuib⁹ inaĩatis:
ꝛ dicit ſic. Qȯ quidẽ igr̃ nihil hoꝝ vel ipm̃ ſeipꝫ mouet
manifeſtũ eſt. Sed pȯt motus eſſe ꝑncipiũ nõ mouendi
nec faciẽdi:ſed patiendi.cuius oppoſitũ dicebat̃. ¶ Itẽ
auc̃tes ꝙ̃ multe Cõmẽtatoꝛis vident̃ eẽ ↄtra iſtã põnẽ.
Pꝛimo qꝛ dicit Cõmẽtatoꝛ i.3.celi.cõmẽ.28.ꝙ declara
tũ eſt de elemẽtis ꝙ nõ enumerant̃ inter ea que mouen-
tur ex ſe cũ nõ mouent̃ in loco niſi a gñante. Et in eodẽ
cõmẽto v̄ſus finẽ dicit ſic.lapis.n.nõ mouet ſe eſſentia-
liter:ꝛ cũ ita ſit ꝛ omne qȯ mouet ſe accñtalr̃ neceſſe eſt
vt moueat ſe:qꝛ eſſentialr̃ vel nãliter mouet aliud motũ
a ſe.v̄bi grã.hõ nõ mouet ſe accñtalr̃ in naui:niſi qꝛ mo
uet nauẽ eſſentialiter ꝛ ↄtingit ſic.lapis igit̃ non mouet
eẽntialr̃ niſi aerẽ in quo eſt ꝛ mouet ſe:qꝛ ſequit̃ motum
aeris:ſicut de hoĩe cũ naue. Iteꝫ dicit Cõmẽtatoꝛ ꝙ po
tentia ꝑcedẽs hunc motũ.ſ.grauis ꝛ leuis in actu:nõ eſt
in moto niſi violẽte. Ex quo manifeſte vult ꝙ graue ſm
actũ nõ eſt in potẽtia ad motũ deoꝛſũ niſi per violentiã.
qȯ aũt ineſt alicui per violentiã non ineſt ei nãliter neqꝫ
per ſe:vt eſt manifeſtũ.ergo ipꝫ graue ſꝫ actũ nõ hꝫ per
ſe potentiã receptiuã mot⁹ deoꝛſuꝫ:cui⁹ oppoſitũ dice-
bat̃ i põne. ¶ Itẽ in eodẽ.4.celi.dic̃ Cõmẽta.hec ver- Cõ.21.
ba. Et qꝛ mouens ꝛ motũ eẽntialr̃ ſunt relatiua nec̃e eſt
vt ſint duo ſm põnem:ꝛ qꝛ motoꝛ ꝛ motũ in lapide ſũt
idẽ ſm põneꝫ ꝛ duo ſm modũ neceſſe eſt vt nõ ſint rela
tiua niſi accñtalr̃:ꝛ ꝙ motoꝛ in eis eſſentialr̃ ſit gñans ꝛ
motũ gñatuꝫ. Et ex oĩbus iſtis verbis ꝛ alijs ↄſimilib⁹
videt̃ ꝙ iſta poſitio que dicit ipꝫ graue eẽ per ſe motiuũ
ſui ipſius eſt falſa ꝛ ↄtra Cõmẽtatoꝛẽ manifeſte. ¶ Itẽ
arguit̃ per rõnes:qꝛ illud qȯ non eſt in poᵃ eſſentiali ad
aliqueꝫ actũ nõ indiget agẽte ꝑ ſe mouente ad illũ actũ:
ſꝫ graue actu nõ eſt in potentia eſſentiali ad vbi deoꝛſũ:
ſꝫ in poᵃ accñtali:vt oẽs ↄcedũt ꝛ ꝑus eſt ↄceſſuꝫ. g̊ ꝛc̃.
¶ Iteꝫ ſi graue eſſet per ſe motiuũ ſui ipſi⁹:tũc nõ indi-
geret medio i ſui motu:ſꝫ hoc eſt falſuꝫ:vt pꝫ ex.4.phy. T.c.17.
ꝛ Cõmentatoꝛ dicit in.3.celi ꝛ mũdi.ꝙ ſi aufert̃ mediuꝫ Cõ.28.
in iſtis:ita ꝙ per vacuũ eſſet nõ eſſet poẽ in eis vt mo- Cõ.28.
uerent̃:ꝛ idẽ dicit in.3.celi ꝛ mũdi. Aer igit̃ ꝛ aqua ſunt
neceſſaria in motu lapidis:ꝛ hoc eſt illȯ qȯ ꝑpoſuimus
declarare. ¶ Itẽ ſi graue inaĩatũ eſt motiuũ ſui ipſius ꝑ
ſe:tũc idẽ ꝛ ſm ideꝫ ſimul erit actiuũ ꝛ paſſiuũ reſpectu
eiuſdem:qȯ videt̃ impoẽ:vt pꝫ in iſto.8.ꝛ ꝑbat̃ ↄñs.qꝛ T.c.32.
motiuũ ſui ipſi⁹ eſt actiuũ ſui mot⁹ ꝛ receptiuũ eiuſdem:
modo hoc nõ poterit eſſe ſm diuerſa:qꝛ illa diuerſa aut
eſſent mã ꝛ foꝛma:ita ꝙ rõne mãe vel ſm mãm recipe-
rent motũ ꝛ ſm foꝛmã agerent ipſuꝫ : aut eſſent diuerſe
ꝑtes q̃titatiue:nõ ꝑmo mõ:qꝛ mã ipſi⁹ grauis eſt mã ꝑ-
ma que nõ pȯt eſſe receptiua mot⁹ ꝑpꝛie dicti:vt habet̃
in.5.hui⁹.ꝛ ideꝫ vult Cõmentatoꝛ in iſto.8.g̊ ipa mã nõ T.c.8.
eſt illud rõne cui⁹ graue recipit ſuũ motũ:ꝛ ſic relinquit̃
ꝙ recipit ipm̃ ſm foꝛmã:ꝛ ↄſtat ꝙ agit ipm̃ ſm ſuã foꝛ-
mã ſubalem ꝑncipalr̃:ꝛ ſic erit actiuũ ꝛ paſſiuũ ſimĺ ſm
idem ꝛ reſpcũ eiuſdẽ effect⁹ qȯ vr̃ oĩno abſurdũ.q̃re ꝛc̃.
¶ Iteꝫ ſi graue eſſet ſui ipſi⁹ per ſe motiuũ:tũc ꝑbatio
Ari.qua voluit ↄuincere aliquẽ eſſe motoꝛẽ imobilem
nullã efficatiã hr̃et:qȯ eſt valde icõueniẽs:ꝛ pꝫ ↄñã:qꝛ
illa rõ Ari.ꝑncipalr̃ ſuſtentat̃ ſuꝑ eo ꝙ oẽ qȯ mouet̃ ab
alio mouet̃. Et qꝛ nõ ꝑcedit̃ in infinitũ in mouentib⁹ ꝛ
ĩ mobilib⁹ opꝫ deuenire ad motoꝛẽ qui nõ mouet. Poſ-
ſet g̊ dici ad hãc rõneꝫ ꝙ nõ ↄcludit:qꝛ q̃uis nõ ꝑcedat̃
in infinitũ in mouentib⁹ ꝛ mobilib⁹:tñ nõ opꝫ deuenire
ad motoꝛem qui nõ mouet̃:imo ꝑuenit̃ ad motoꝛeꝫ qui
mouet̃:nõ quidem ab alio ſꝫ a ſe ipſo ſic̃ graue remoto
detinente mouet̃ a ſeipſo:ꝛ ſic vr̃ ꝙ rõ Arꝫ.non valeret
oĩno qȯ eſt fatuũ ↄcedere.q̃re ꝛc̃. ¶ Ad ꝑᵐ iſtoꝝ dico
bꝛeuiter ꝙ Arꝫ.nõ itẽdit negare niſi ꝙ ipꝫ graue iaĩatũ
mouet ſeipꝫ ꝑ ſe de potẽtia eẽntiali ad actũ:nõ aũt dice
re vult ꝙ nõ ſit ꝑ ſe motiuũ ſui ipſi⁹ de potẽtia accñtali:
ꝛ hꝫ mõ pono ipꝫ mouere ſeipꝫ ꝑ ſe.i.ꝑ ſui nãꝫ. Cũ g̊ dic̃
Arꝫ.ꝙ hꝫ eſt vitale.ſ.mouere ſeipꝫ localr̃ ꝛ ẽ ꝑpꝛiũ aia-
toꝝ. Ueꝝ ẽ mouere ſeipꝫ de poᵃ eẽntiali ad actũ:ipꝫ.n.
aĩal hꝫ potẽtiã eẽntialẽ ad talẽ motũ:eo ꝙ ipſi aĩali dũ
ẽ aĩal actu ꝑt deficere aliq̃ eẽntia nec̃ia req̃ſita i ipo ad
talẽ motũ.ſ.ſpẽs ipſi⁹ appetibilis:ꝑꝑ qȯ dꝫ moueri:ꝛ ac
tus mouẽdi q̃ ẽ ꝑnᵐ ꝑpinquũ talis mot⁹ ꝑceſſiui:vt hꝫ
videri.3.de aĩa.ꝛ i de motib⁹ aĩaliũ. Sꝫ graue iaĩatũ vt
lapis ꝛ hmõi nõ ſic ẽ i poᵃ eẽntiali ad ſuũ motũ:qꝛ nll'a
poᵃ q̃ ſit nata eẽ i ipo ꝛ req̃ſita ad talẽ motũ ꝛ ꝑſuppoſi
ta ad talẽ motũ defic̃ ei:imo i ſe hꝫ oẽꝫ eẽnᵃˢ q̃ natũ eſt
hr̃e qȯ dꝫ eẽ ꝑnᵐ ꝑ ſe talis mot⁹:ꝛ iõ nõ ẽ in poᵃ eẽntiali
ad hmõi motũ:eo mõ q̊ ſit aĩal eſt in poᵃ eẽntiali q̃re nõ
mouet ſeipꝫ de poᵃ eẽntiali tali mõ:ꝛ ſic itelligẽdũ ẽ oẽꝫ

Ari. ¶ Ad auctoritatē ſequentē dico ꝙ ipſe intelligit:
⁊ loquit̄ de graui in potentia eſſentiali. Illō eniꝫ ſine du
bio nō hꝫ in ſe p̄ncipiū actiuū motus deorſum ꝙdiu eſt
graue in potentia eētiali: ſꝫ ſolū hꝫ p̄ncipiū paſſiuū in
ſe ad recipiendū formā quaꝫ ꝯſequit̄ talis motus. verbi
gratia. Aer ꝙdiu eſt aer eſt graue in potentia eſſentiali
⁊ ad motū deorſuꝫ: ⁊ tūc nō hꝫ p̄nm actiuū motus deor
ſum: ſed p̄ncipiū receptiuū forme grauis quā cōſequitur
ille motus. ſ. māim: ⁊ hꝫ bn̄ potentiā receptiuā illius mo
Cõ.4. tus: que quidē poa tēporis p̄cedit ipm motū ſm Cōmē
Cõ.32. tatorē in iſto. 8. ꝓpe p̄nm. Et in iſto etiā capo vbi vult ꝙ
potentia tempore p̄cedens motū grauis aut leuis eſt in
illo ex quo gn̄atū fuit graue aut leue. Sꝫ actu graue bn̄
pōt hr̄e p̄ncipiū per ſe actiuū ſui deſcēſus ⁊ per ſe p̄nci-
piū receptiuū modo p̄us dico. Nec iſtud intendit Ari.
Cõ.32. vt puto negare. Verū enim eſt ꝙ actu graue nō indiget
motore per ſe extrinſeco. ⁊ hoc plane dicit Cōmentator
in iſto capꝰ vbi loquit̄ ſic. potentia eniꝫ ad motū quā cō
tingit inueniri in corpore ſimplici qn̄ impedit̄ in tempo-
re ſue gn̄atiōis quin moueat̄ ad ſuū locū nālē ab aliquo
ipedimēto qn̄ gn̄atur in loco extrinſeco: aut qn̄ ipm exit
a ſuo loco nāli ab aliq̊ extrahente: nō indiget ad hoc ꝙ
exeat in actū motore extrinſeco eſſentialr̄ cū ſit potētia
accn̄talis: ſed nō negat ipm indigere motore intrinſeco
vt dcm̄ eſt p̄us. Per idē ad auctes Cōmētatoris: cū ipe
dicit in. 3. celi ⁊ mun. qō declaratū eſt de elementis ꝙ nō
mouent̄: dico ꝙ ipſe itendit ea nō mouere ſeipſa de po-
tentia eſſentiali ad actū: ſꝫ ex tali potētia mouet̄ a gn̄an
te: ⁊ hoc eſt qō ſubdit cū nō mouent̄ in loco niſi a gn̄an-
te. hoc eniꝫ nō pōt intelligi de motu grauis actu exn̄tis
in poa accn̄tali: qꝛ ꝯtingit cū tale graue mouetur gn̄ans
qō eſt corruptū. Relinquit̄ ꝙ ipſe intelligit de illo motu
cui corn̄det potentia eſſentialis. ¶ Ad aliā cū dicit̄ ꝙ
lapis nō mouet ſe eſſentialr̄: dico ꝙ veꝝ eſt de potentia
eſſentiali modo p̄ſuppoſito ⁊ expoſito: ſꝫ bn̄ mouet ſe-
ipſum per ſui nām de potentia accn̄tali: ⁊ ſimul dū mo-
uet ſeipſum de potentia accn̄tali mouet aliq̄d aliud de
potentia eſſentiali. ſ. mediū in quo mouet ſimul dico tē-
pore. Et hoc eſt qō vult dicere Cōmētator i v̄bis ſequē
tibus: cū dicit. Et omne qō ſe mouet accn̄talr̄. i. de potē
tia accn̄tali: neceſſe eſt vt moueret ſe qꝛ eſſentialr̄ mouet
aliqō motū a ſe. i. ita ꝙ ſimul mouet eſſentialr̄ aliq̄d ali-
ud a ſe: ita ꝙ ly: qꝛ. ibi dicit ꝯcomitantiā ⁊ nō ꝓprie cau
ſalitatē. motꝰ enim mediȷ̄ nō eſt ꝓprie ⁊ per ſe cā motus
grauis per mediū deſcēdētis ſꝫ magꝭ ecōuerſo. motꝰ gra
uis dꝫ eſſe cā motꝰ mediȷ̄: vt p̄us dictū eſt. Qō igit̄ con-
cludit Cōmētator ꝙ lapis nō mouet eētialr̄ niſi aereꝫ.
veꝝ eſt de potētia eſſentiali ⁊ mouet ſe: qꝛ ſequit̄ motuꝫ
aeris. i. mouet ſe tali motu ꝙ ꝯcomitat̄ motū aeris. Et ſi
aliquis velit dicere ꝙ lapis mouet ſe: qꝛ mouet aerē. i. ꝙ
ipſe motꝰ aeris ſit cā actiua motꝰ lapidis. Tunc querat̄
an ipſe motꝰ aeris ſit per ſe cā deſcēſus lapidis aut pure
per accn̄s. Si dicat̄ ꝙ eſt cā p ſe actiua: tūc arguit̄. quic-
quid eſt p ſe cā cauſe eſt per ſe cā cauſati. hec eſt manife-
ſta cuilibꝫ itelligenti: ſꝫ ipſuꝫ graue eſt p ſe cā actiua mo
tus talis vt ꝯcedit̄. lapis eniꝫ mouet aerē eſſentialiter: ſi
igit̄ motꝰ aeris eſt per ſe cā motus grauis: ⁊ ſequit̄ vlte-
rius ꝙ ipſuꝫ graue ſit per ſe actiuū ſui motꝰ grauis: ⁊ ſic
graue hꝫ per ſe potentiā actiuam ſui motus: ⁊ illa nec̄io
requirit potentiā per ſe receptiuā ipſius: que non poteſt
eſſe niſi in ipomet graui: vt manifeſtū eſt: igit̄ actu graue
hꝫ potentiā per ſe actiuā ⁊ potentiā per ſe receptiuā ſui
motus ⁊ vtriꝗ ineſt ipſi graui per eiꝰ nām: q̄re relinquit̄
ꝓpoſitū principale. ſ. ꝙ graue ſit per ſe motiuū ſui ipſius.
Si autem diceretur ꝙ motus aeris eſt cā actiua motus
grauis ſolū per accn̄s: hoc eſt impoſ̄e: qꝛ ſola per ſe ſunt
neceſſaria ⁊ oīa ſunt per ſe: vt vult Ariſt. ⁊ lincoñ. ſuper
p̄m poſte. illo capo. Si igit̄ demōſtratiua ſciā eſt ex neceſ
ſarijs. Et idē habet̄ ex multis alijs auctibꝰ Ari. vt oñ-
ſum fuit in p̄mo huiꝰ mō ꝯſtat ꝙ motus mediȷ̄ factus a
graui deſcendente: ſic̄ eſt actiuus motus grauis: ita ne-
ceſſario eſt eſſe actiuꝰ: nunꝗ. n. ꝯtingit ꝙ graue moueat
mediū quin illud motū moueat ipm graue: ſuppoſito ꝙ
ipm. qn̄ꝗ moueat actiue: vt manifeſtū eſt cuilibet intel-
ligenti. Sic hoc nō ꝯueniret ipſi motui aeris ſolū per ac
cidens ſꝫ per ſe. ſ. ꝙ eſſet actiuꝰ talis motus. ¶ Itē ſi ſic
dicat̄ ſequit̄ ꝙ motus mediȷ̄ eſt cā actiua motus grauis
ſolū per accn̄s. Querit̄ quid eſt illō accn̄s: ⁊ forte nō po
terit aſſignari ⁊ ſi fingendi detur licentia. ¶ Iteꝫ omne
p accn̄s ꝯtingit nō eſſe. 8. huiꝰ. ⁊. 10. metaph. Si ğ motꝰ T.c.36.
aeris in quo graue deſcendit eſſet cā actiua illiꝰ motus T.c.26.
pure p accn̄s: tūc ꝯtingeret illō nō eſſe actiuū illius mo-
tus: ⁊ ſic graue deſcenderet i medio: ⁊ tn̄ nō moueret̄ ac
tiue ab ipſo medio qō haberet̄ ꝓ impoſ̄i ſm iſtos. Re-
linquit̄ ğ ꝙ ſi motꝰ mediȷ̄ ſit cā motꝰ ipſiꝰ grauis actiua. ſ.
deſcendentis deorſuꝫ p mediū: ꝙ ſit cā actiua per ſe illiꝰ
⁊ ſic redit ꝓpoſitū p̄ncipale vt deducebat̄ ſtatiꝫ. ſ. ꝙ gra
ue eſt motiuū ſui ipſius per ſe. ¶ Ad aliud dictū Cōmē
tatoris ꝙ potentia p̄cedens hꝫ motū nō eſt in moto niſi
violente ⁊c. Dico ꝙ ad hꝫ vt aliq̄d ſit in potentia ꝓprie
ad alique motū req̄rit̄ ꝙ ſit p̄uatū illo motu: ⁊ ꝙ hēat
aptitudinē ad recipiēdū illū. ⁊ iſtō eſt manifeſtū de po-
tentia p̄cedente actū. ¶ Tūc dico ꝙ poa p̄cedens hūc
motū nō eſt in moto niſi violente: ſine dubio veꝝ eſt de
potentia ꝙtū ad p̄uationeꝫ illiꝰ motꝰ. nō eniꝫ eſt p̄uatū
illo motu dū eſt ſurſuꝫ niſi per aliqō detinens qō ipſum
p̄ter ſuā nālem inclinationē detinet ſurſuꝫ vt colūna aut
aliq̄d taliū. Sꝫ ꝙtū ad aptitudineꝫ recipiendi taleꝫ mo
tū nō eſt in ipſo motu p violentiā: imo p ſui nāꝫ hꝫ apti
tudineꝫ ad taleꝫ motū recipiendū inꝙtū eſt in potentia
ad vbi deorſum. ¶ Ad aliā auctem cū dr̄ ꝙ mouens ⁊
motū eſſentialr̄ ſunt diſtincta ſm poſitioneꝫ. Cōſideran
dū ꝙ iſtud dictū nō pōt vlr̄ eſſe veꝝ de oī per ſe motore
⁊ moto: certū eniꝫ eſt ꝙ motor celi eſt eiꝰ motor per ſe: ⁊
tn̄ celū ⁊ ſuus motor nō ſunt duo ſm pōnem: cū motor
celi nō hꝫ aliquā pōneꝫ aliā: eo ꝙ eſt ſepatus a magni-
tudine ſm ſubſiſtentiā: vt pꝫ ex iſto. 8. ¶ Iteꝫ aīa aīalis
eſt p̄ncipiū per ſe motiuū ipſiꝰ: vt ꝓbatū eſt p̄us: ⁊ oſten
ſuꝫ eſt hāc eſſe itentioneꝫ Cōmentatoris: ⁊ tn̄ aīa ⁊ cor
pus nō ſunt duo ſm pōnem vt oēs ꝯcedunt. loquendo
de aīa que eſt actꝰ corporis. Et ſic manifeſtū eſt ꝙ illa ꝓ-
poſitio nō eſt intelligenda vlr̄: ſꝫ eſt intelligenda de per
ſe motore corporeo qō mouet ex potētia eſſentiali. Iſte
eniꝫ motor ⁊ ſuū motū ſunt relatiua reſ̄one alicuiꝰ ꝯtra-
rietatis: vt nō poſſint ſil̄ in eodē loco ſimplr̄ eē: vt ignis
generās igneꝫ ex aqua eſt aliq̊ mō ꝯtrariꝰ ipſi aq̄ ⁊ ecō-
uerſo ſm diſpōnes: ⁊ iō opꝫ ꝙ ſint duo ſꝫ pōnem. Silr̄
pars ꙗtitatiua corporis in qua p̄ncipalr̄ eſt v̄tus moti-
ua. ſ. media pars cordis: vt cōiter dr̄: hꝫ quādā ꝯtrarie-
tateꝫ ſm diſpōnes ad alias ptes que eſt mouens corpo
reuꝫ qō mouet alias ptes motu locali: ⁊ eſt diuerſa ſm
pōnem ab alijs ptibꝰ corporis. Silr̄ ⁊ in q̄libet alio mo
tore qui eſt corpꝰ ⁊ qui mouet de potētia eētiali p̄us ex
poſita: ſꝫ de motore qui nō mouet de potētia eētiali il-
lo mō p̄us dicto nō opꝫ ꝙ ipe ⁊ ſuuꝫ motū ſint duo ſm
pōnē. graue aūt i actu nō mouet ſeipꝫ de poa eſſentiali. ſ.
ita ꝙ ei deficit aliq̄ eētialis poa que ſit p̄ncipiū illiꝰ mo
tus: iō nō eſt ꝯtra dicta. Et ꝙ hec ſit itentio Cōmētato
ris: pꝫ inſpicieti ſequētia: vbi dicit: ⁊ ꝙ motor in eiſ eēn
tialiter ſit gn̄ans: qō nō ē veꝝ niſi de motore ex potētia

cēntiali:vt ṗus dicebaṫ.ġ ſic apparet ꝙ auctas Ariſt.⁊
Cōmētato.nō ꝯdicūt illi pōni viſa diligēter itētōe eoꝝ.

Ad rationes ſequētes. ¶ Ad ṗam cū dr̄. Illud qd̄ nō ē in poª cēntiali ⁊c̄.
dico ꝙ potētia eēntialis accipiṫ multiplr̄. Uno mō pro
potentia exn̄te in ipſo ſubo cui deficit aliq̄ eēntia requi-
ſita ad illū motū:⁊ cū hoc illud ſubm hʒ aliquā formaʒ
ꝯtrariā illi forme quā ſequiṫ talis motus.vbi grā.aq̄ eſt
in potentia eēntiali ad vbi ſurſum hoc mō:qꝛ ſibi deficit
aliq̄ eēntia reqſita ad talē motū:⁊ hʒ formā ꝯtrariā illi
forme:quā ſequiṫ motus ſurſuʒ.ſ.grauitatē ꝯtrariā leui-
tati.Alio mō dr̄ potētia cēntialis potētia quecūq; exi-
ſtens in ſubo aliquo cui deficit eſſentia aliq̄ requiſita ad
illū actū:ꝙuis nō hʒ actū aliquē ꝯtrariū illi actui qui ſi-
bi deficit:vt ſenſitiuū cū non hʒ ſpēm ſenſibilis eſt in po
tentia eēntiali ad ſentire:eo ꝙ deficit ei aliqua eēntia re
quiſita ex parte ipſius ad actū ſentiendi.ſ.forma ſenſibi-
lis:ꝙuiſ nō hʒ aliquā formā ꝯtrariā alteri forme quā cō
ſequiṫ ſentire.Alio modo diciṫ potentia eſſentialis que-
cūq; potētia que per ſuā eēntiā ordinaṫ ad aliquē actuʒ
vt ad ſuū per ſe finē:ꝙuis ſubo illius potentie non defi-
ciat aliq̄ eēntia requiſita ad illum actū vt ṗncipiū illiuſ:
nec hʒ formā cōtrariā alteri forme. Et ꝙ iſto mō ſumaṫ
potentia eēntialis ꝓbo ſic.qꝛ cōſtat ꝙ omni motori per
ſe corrn̄det potētia eēntialis in ſuo per ſe mobili:⁊ hoc
oēs ꝯcedunt:motor aūt celi eſt motor per ſe ipſiꝰ corpo
ris celeſtis:vt etiā oēs ꝯcedunt.ergo opʒ ꝙ ipm celū ſit
in potētia eēntiali ad hmōi motū:ſʒ manifeſtū eſt ꝙ ipʒ
celū nō eſt in potētia eēntiali ad motū celi:ita ꝙ nō ca-
ret aliq̄ eēntia que ſit per ſe ṗncipiū talis motus quē na
tum ſit hr̄e:imo ipm corpus celeſte de ſe eſt ſūme diſpo-
ſitū ad motū ſuū circularē:nec indiget recipere a moto-
re aliquā diſpōnē:aut formā que p̄cedat illuʒ motū:nec
hʒ etiā aliquā formā ꝯtrariā alteri forme quā ꝯſequitur
motus circularis. Qualr̄ igiṫ eſt in potentia eēntiali ad
talē motū niſi qꝛ hʒ potentiā que per ſui eēntiā ordinaṫ
ad receptionē talis motus.potentia ġ eēntialis ad actū
aliquē:pōt dici ois potētia que per ſuā eſſentiā ordinaṫ
ad actū illū. Et per oppoſitū diceret potētia eē accn̄ta-
lis ad aliquē actuʒ accn̄talr̄ que per eēntiā ſuā nō ordi-
natur ad illū actū ſʒ ad aliū:vt ſi diceremus ꝙ potentia
ad caliditatē in ſūmo eſt potētia ad raritatē:iſta ē potē
tia accn̄talis:qꝛ iſta potentia per ſuā eſſentiā nō ordina
tur ad actuʒ talē.ſ.ad raritatē:ſed ad caliditatē quā co-
mitaṫ raritas aut leuitas:modo cū diciṫ in rōne.ꝙ nō ē
in potentia eēntiali ⁊c̄. Ueꝝ eſt ꝙ nullo mō eſt in potē-
tia eēntiali ⁊c̄. Et cū dr̄.ꝙ actu graue nō eſt in potentia
eſſentiali ad motū deorſuʒ. Ueꝝ eſt duobus ṗmis mo-
dis:ſʒ 3° mō bn̄ eſt in potētia eſſentiali:⁊ hoc bn̄ ſufficit
ad hoc ꝙ reqrit virtutē per ſe actiuā talis motus:ſed ſi
ſic eēt in potētia accn̄tali ad talē motū ꝙ nullo mō ha
beret aptitudinē per ſe ordinatā ad illū.veꝝ eſt ꝙ nō i-
digeret per ſe motore. ¶ Itē aliter poſſumus dicere:cū
diciṫ illud qd̄ nō eſt in potētia cēntiali ⁊c̄.veꝝ eſt ꝙ non
indiget motore per ſe extrinſeco ꝓpinquo. Sʒ bn̄ pōt i-
digere motore per ſe intrinſeco qui ſit per ſe cā elicitiua
talis actꝰ:vt intell̄s hn̄s in ſe habitū ſcie nō eſt in potē-
tia eēntiali ad ſpeculari.ſaltē ṗmis duobꝰ modis.ſ.ṗn-
cipiū intell̄s potētie eēntialis:⁊ tn̄ bn̄ eſt aſſignare ṗnm
p ſe elicitiuū talis actꝰ ſpeculādi in ipſo intellectu:qcqd
ſit illud:ſiue ſit intell̄s agens ſiue habitus ſcie:ſiue ſpēs
itelligibilis:vt ꝯcedit maior pars phantiū hꝰ tpis. Sic
in ꝓpoſito ꝙuis actu graue ſurſuʒ exn̄s nō ſit in potētia
cēntiali ad motū deorſū illis duobꝰ modis qui dicti ſūt.
⁊ ideo ad motuʒ eius nō requiriṫ mouens per ſe extrin-
ſecum ꝓpinquū ⁊ ꝓprium:tn̄ bene requiriṫ ṗncipiū per
ſe actiuū illius motus intrinſecum:⁊ ideo nō eſt ꝯtra di-
cta. ¶ Ad aliā cū diciṫ.ꝙ tūc nō indigeret in motu ſuo
medio:dico ꝙ imo:cuiꝰ ratio eſt:qꝛ ad oēʒ motū ꝯtinuū
⁊ ſucceſſiuū necīa eſt reſiſtētia alicuiꝰ mobilis ad moto-
rē:vt dicit Cōmētator in.4.huiꝰ.mō ꝙuis actu graue Cō.71.
hʒ potētiā per ſe receptiuā ſui motꝰ:nō tn̄ hʒ aliquā re-
ſiſtentiā ad ipm motorē:mobile eniʒ ꝓpe nō reſiſtit mo-
tori ipſi per alteꝝ iſtoꝝ:aut qꝛ hʒ nālēʒ inclinationē ad
oppoſitū:vt corpus aīalis hʒ nālēʒ inclinationē ad mo
tū deorſuʒ:⁊ per hāc reſiſtit mouēti ſurſuʒ vt aīe:aut qꝛ
hʒ aliquā formā ꝯtrariā forme ad quaʒ eſt motꝰ:aut qꝛ
hʒ vbi oppoſitū illi vbi:vl̄ diuerſū ab illo in quo motor
intēdit ipm ponere:⁊ ad aliō vbi nālem hʒ aptitudineʒ:
ſicut ſol exn̄s in vbi orietis:hʒ vbi oppoſitū ad vbi occi
dentis:⁊ hʒ aptitudinē nālēʒ ad vnūqd̄q; iſtoꝝ vbi:nūc
ipm actu graue nō hʒ aliā virtutē vel aptitudinē nālem
ad vbi oppoſitū illi ad qd̄ moueṫ. Cū enim moueaṫ ad
vbi deorſuʒ ꝓpter qd̄ necīum eſt mediū qd̄ hʒ talem re-
ſiſtentiā rōne cuius ſit ſucceſſio in illo motu.vnde ſi eſſet
vacuuʒ in ipſo nullo modo fieret motus grauis inaīati:
vt dicit Ariſt.in.4.huius.⁊ fuit declaratū ſuperius. Et Cō.71.
ſi dicas ꝙ ad oēʒ motū neceſſaria eſt reſiſtētia mobilis
ad motorē:mobiliſ dico qd̄ moueṫ illo motu:dico ꝙ nō
veruʒ eſt niſi in motu quo aliquid mouetur de potentia
eſſentiali ad aliquē actū loquendo de potentia eſſentia-
li ſm duos ṗmos modos. Sed ſi ſit motus de potentia
accn̄tali nō eſt neceſſe ꝙ ipm mobile reſiſtat motori:ſʒ
ſufficit ꝙ aliqd aliud reſiſtat ei:⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. Ipm
eniʒ mediū in quo ſit motꝰ grauis.ſ.aer aut aqua reſiſtit
